BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
8 A
7 M

I.IX.m.12.
4.2.

V.

DEFINITIONES ET DIVISIONES PHILOSOPHICÆ,

QVARVM

EST FREQVENTIOR IN SCHOLIS VSVS,

A IOANNE THIERRY

Sacræ Theologiæ Doctore, & Philosophiæ Professore.

Editio noua auctior.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud GASPARVM METVRAS, viâ Iacobeâ, sub signo SS. Trinitatis, prope Maturinenses.

M. DC. LXII.

CVM PRIVILEGIO LEGIS.

12.2.A.7

VNIVERSIS

PHILOSOPHIÆ STVDIOSIS.

C. H. METVRAS.

QVOD de Lydiolapide affirmant, eius affrictu dignosci Aurum et probari, hoc de Definitionibus et Diuisionibus istis affirmo. Aurum est Philosophia (Egregij Candidati) sed probari & examinari debet, ne quid forsan terrestre nimis & adulterinum ipsi admixtum nobis ingeratur; hoc verò fit ope Definitionum & Diuisionum,

quibus, veluti totidem Lydiis Lapidibus, Quæstiones Philosophiæ omnes enodamus & discernimus. Etenim, vt dicam quod res est, quidquid fermè in materia Philosophica difficultatis occurrit, Definitionum & Diuisionum Beneficio tollitur & exhauritur; Occurrit V. C. inuidiosa temerè piis auribus difficultas, Vtrum Deus sit ens Categoricum, difficultatem penè sustuleris omnem, si Definitionẽ Entis Categorici tandem aliquando posueris. Cum dico Definitionum & Diuisionum ope, Quæstionum tenebras illustrari, difficultatumque caligines dissipari, dictum dico à Celeberrimis omnibus Academiæ Nostræ Parisiensis Professoribus; hoc

Scholæ omnes personant, hoc mussitat omnis angulus, hoc elinguis licet, ipsa Philosophia clamat. Quò fit vt asserere non dubitem, Definitiones ac Diuisiones duas esse portiones Philosophiæ nostræ longè omnium vtilissimas, Gemmas esse Vniuersalis Philosophiæ circulo & coronæ insertas, totidemque velutifaces, meliùs Soles dixerim, quorum limpidissimis radiis tota clarescit Philosophia, sine quibus tenebris obuoluta vilesceret ac paruipenderetur. Hoc dictum sit ad institutum huius Libri commendandum.

Iam verò quàm probè & aptè intentum suum persequatur hic Liber, vt tuo commodo tuæque vtilitati seruiat, tria velim,

Lector, tibi persuadere.

Primum est quod Definitiones & Diuisiones quæ in hoc Libro scribuntur, Omnes ex puris & natiuis Aristotelis, D. Thomæ, & potissimorum Philosophiæ Principum fontibus scaturiant, vt apparet in Citationibus locorum. Non parùm, crede mihi, studiis Philosophicis confert, videre res in suis natiuis coloribus, nec adumbratis Definitionibus (quales certè à multis fabricantur) adhærere, præsertim cum in Scholis, Aristotelis & D. Thomæ authoritates frequentissimè exquirantur.

Secundum est, quod Definitiones & Diuisiones Philosophiæ Omnes in viginti classes congregentur, pro totidem Alphabeti

Literis; Quò fit vt absque nisu & labore quælibet Definitio inueniri queat, si nimirum, vt in Dictionariolo, aduertas ad quem Alphabeti apicem primus vocabuli character pertineat.

Denique, ne quid in hac opellâ vtilitati desiderari videretur, in vltimo Quaternione excusum est Alphabetum Philosophicum, in quo Definitiones, (Græcæ quoque Aristotelis) Ordine Philosophico, id est Logico, Ethico, Metaphysico, & Physico exarantur, vt Methodico nexu simul & scientifico in memoria insitæ & concatenatæ, alius menti inhæreant, & ab ea diuelli difficilius possint.

SVMMA PRIVILEGII.

LVDOVICI XIV. *Galliæ & Nauarræ Regis Christianissimi diplomate cautum est, ne quis in ipsius Regno, aliísve locis eius ditioni subiectis, à die impressionis perfectæ prima inchoandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quovis modo ac ratione, aut mutationis prætextu curet, librum cui titulus est:* Definitiones Philosophicæ, quarum est frequentior in scholis vsus, &c. *præter* GASPARVM METVRAS *Bibliopolam Parisiensem, aut illos quibus ipse concesserit, sub pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Lutetiæ Parisiorum die* 14. *Maij* 1648. *Sic signatum, De Mandato Regis,* OLIER.

DEFINITIONES ET DIVISIONES PHILOSOPHICÆ,

Quarum eſt frequentior in Scholis vſus.

ABSOLVTVM.

ABSOLVTVM, eſt, quod non reſpicit aliud: nec ad aliud dicit ordinem. Vt, Deus. Eſt Philoſophorum communis ex vocabuli notione.

ABSOLVTVM nomen vt connotatiuo opponitur, eſt quod habet perfectam ſignificationem, nec in ſignificando aliud connotat. Vt, homo, calor. Ex Summuliſtis.

ABSTINENTIA.

ABSTINENTIA, est virtus, cupiditates, & delectationes esculentorum inordinatas refrænans, & in ipso vsu, moderationem debitam constituens. Ex D. Thoma 2. 2. quæst. 146. Seu

Est virtus, in ciborum delectatione moderationem adhibens, eorúmque vsum restringens. Ex eodem ibidem.

ABSTRACTIO.

ABSTRACTIO, est vnius ab alio separatio. Ex eodem 1. Metaphysic lect. 10.

ABSTRACTIO realis, est actio, qua vnum realiter ab alio seiungitur. Vt, brachium à corpore. Ex eodem ibidem.

ABSTRACTIO Logica, est actio intellectus concipientis vnum sine alio, aliísve cum quibus à parte rei coniunctum est. Vt, dum concipio hominem, non concepto Petro, & aliis indiuiduis, quibus inest humana natura: aut ignem, non cogitando calorem.

Ex eodem 1. parte quæst. 85. art. 1.

ABSTRACTIO simplex, est qua intellectus considerat vnum, sine alio cum quo coniunctum est: illud tamen de eo non negat. Vt, rationale sine risibili. Ex eodem ibid.

ABSTRACTIO composita, seu negatiua, est cùm intellectus ita vnum ab alio abstrahit, vt ei conuenire neget, vel eius contrarium de eo affirmet. Vt, Coruus non est niger, Coruus est albus. Ex eodem ibid.

ABSTRACTIO Physica, est à materia singulari non sensibili. Ex eodem ibidem.

ABSTRACTIO Mathematica, est à materia sensibili, non intelligibili. Ex eodem in Metaphysic. prolegom. & libro 6. lect. 1.

ABSTRACTIO Metaphysica, est à materia sensibili, & intelligibili. Verbi gratia. Physicus considerat corpus naturale in vniuersũ, non, hoc, vel illud, Mathematicus, quantitatem, non materiam;

Metaphyſicus, rationem entis, abſtractam à materia, & quantitate. Ex D. Thom. ibidem 1. quæſt. 85. art. 1.

ACCEPTIO PERSONARVM

ACCEPTIO PERSONARVM, eſt vitium, quo in bonorum publicorum diſtributione, non reſpicitur cauſa; ſed perſona, id eſt, conditio perſonæ, nihil ad rem faciens: ita vt indignus, digniori præferatur. Ex eodem 1. 2. 97. 4.

ACCIDENS.

ACCIDENS, eſt quod ineſt alicui, & verè dicitur de eo, non tamen neceſſariò, nec in pluribus, & non tantùm quoad eſſe; ſed quoad locum, & in aliquo, & in hoc tempore, & huius cauſa non eſt determinata. Ariſtot. 5. Metaphyſic. cap 30. Seu

Eſt illud quod ineſt alicui ſecundùm ſe, non tamen de eſſentia rei. Vt, albedo, ſcientia. Idem 6. Metaphyſ. cap. 1 Seu

Eſt, quod contingit eſſe, & non eſſe, aut cui eſt in ratione hoc, cui

accidit. Idem 1. Phyſic. cap. 34. Seu

Eſt, quod adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem. Porphyrij in Iſagoge, cap. de Accidente.

ACCIDENS ſeparabile, eſt quod poteſt facilè à ſubiecto remoueri. Et, calor à ferro, lumen ab aëre. Idem ibidem.

ACCIDENS inſeparabile eſt, quod non poteſt, vel ægrè admodum, à ſubiecto remoueri. Vt candor niuis, negredo corui. Idem ibidem.

ACCIDENS nominale, ſeu Phyſicum, eſt cuius totum eſſe, eſt inhærere ſubiecto, à quo realiter diſtinguitur. Vt, virtus, calor. Ex Ariſt. locis ſuprà citatis.

ACCIDENS verbale, ſeu Logicum, eſt, quicquid contingenter aduenit alteri, déque illo accidentaliter prædicatur. Vt, eſſe veſtitum, de homine, rationale, de animali.

ACCIDENS extrinſecum, eſt quod extrinſecè tantùm ſubiectum

denominat. Vt actio, agens.

ACCIDENS intrinsecum, est quod verè inest rei, cuius dicitur accidens. Vt, frigus aquæ.

ACCIDENS proprium. Vide PROPRIVM.

ACCIDENS commune, vt vniuersale, est vnum aptum inesse multis contingenter tantùm. Seu Est vnùm aptum prædicari de multis in quale contingenter. Vt, calidum respectu ignis, & aëris.

ACCIDENS completum, est quod habet veram entitatem accidentalem, & à substantia, & à cæteris accidentibus distinctam. Vt, lumen scientia.

ACCIDENS incompletum, est modus accidentalis, suum subiectum complens, & perficiens. Vt, inhærentia actualis, existentia luminis.

ACCRETIO,
SEV AVGMENTATIO.

ACCRETIO latè, est quæcunque nouæ quantitatis acquisitio. Vt, cùm aqua, additione aquæ ac-

creſcit,& viuens ſumpto alimento. Ex Ariſt. 7. Phyſic. cap. 2.

ACCRETIO ſtrictè, eſt acquiſitio maioris quantitatis, quàm quæ deperdita ſit. Vt, cùm pueri plus ſubſtantiæ, & quantitatis acquirunt, quàm per actionem caloris natiui deperdant. Ex eodem 5. Phyſic. cap 2.

ACCRETIO propriè, eſt acquiſitio nouæ quantitatis, maioris, minoríſve, quàm quæ defluxerit à viuente, facta ſumpto intus alimento virtute vegetatiuæ animæ. Ex eodem 3. de Anima, cap. 12. & 1. de Cœlo, cap. 2.

ACTIO.

ACTIO, eſt dependentia effectus ab agente: Seu

Eſt, id quo mediante, agens producit effectum. Vt, illuminatio, calefactio.

ACTIO immanens, eſt ea, quæ recipitur in ipſo ſuppoſito, à quo elicitur. Vt, viſio. Ex Ariſt. 2. de Anima, cap. 1. & 3. Phyſic. cap. 3. D. Thoma 1. quæſt. 51. art. 1.

ACTIO transiens, est quæ recipitur in subiecto distincto ab agente. Vt, calefactio. Ex Aristot. ibid. & D. Thom. 4. Metaphysic. lect. 12.

ACTIO substantialis, est ea, quæ terminatur ad substantiam. Vt, generatio ignis. Ex Aristot. 4. Physic. cap. 5.

ACTIO accidentalis, est ea, per quam producitur accidens, vt dealbatio. Ex eodem ibidem.

ACTIO instantanea, est quæ fit in instanti, seu quæ non coextenditur certis partibus temporis, Vt, creatio, illuminatio. Ibidem.

ACTIO successiua est. quæ coextenditur tempori, seu quæ fit in tempore. Vt, calefactio. Ibidem.

ACTIO directa, est qua fertur agens rectà in passum immutandum. Vt, calefactio. Ex D. Thom. 2. de Anima, lect. 6. & 3. lect 9. & 1. quæst. 18. art. 4.

ACTIO reflexa, est per quam producitur, vel intenditur qualitas in medio, quæ propter obsisten-

tem

tem contrariam, vel corpus oppoſitum vltrà produci non potuit. Vt ſit in antiperiſtaſi, & reflexione luminis in ſpeculo. Ex eodem ibidem.

ACTIO vniformiter difformis, eſt qua agens in viciniori ſibi parte ſubiecti determinata, qualitatis aliquid ita producit, vt in remotioribus minus ac minus eadem ſemper ſeruata proportione producat. Vt, ſi in prima parte ligni producat ignis duos gradus caloris, in ſecunda vnum, in tertiâ dimidium, &c. Ibidem.

ACTVS.

ACTVS abſolutus, eſt qui nullam potentiam informat, aut actuat, non eſt tamen aliquid potentiale: ſed actuale. Vt, Angelus. Ex Ariſt. 12. Metaphyſic. cap. 3. & 4. & 1. de Generat. & Corrupt. cap. 4.

ACTVS abſolutus ſimpliciter, eſt actus purus, in quo nulla poteſt concipi ratio potentialitatis, ſeu qui nullo alio indiget. Vt, ſit, & exiſtat, qualis eſt ſolus Deus.

ACTVS absolutus secundùm quid, est ens quod licèt sit actuale, est tamen incompletum, indigétque alio vt existat: seu, est id, in quo licet concipere compositionem Metaphysicam. Vt, Angelus. Ex eodem ibidem.

ACTVS respectiuè, est quidquid aliud informat, & actuat. Vt, anima, calor. Ex Aristot. 7. Metaphysic. cap. 4. & 9. Metaphysic. cap. 1.

ACTVS Physicus, est qui cum potentia venit in compositionem realem. Vt, anima. Ex eodem 2. de Anima, cap. 1. 8. Metaphys. c. 2. & alibi passim.

ACTVS Metaphysicus, est qui cum potentia compositum Metaphysicum constituit. Vt, existentia, & subsistentia.

ACTVS substantialis, est qui cum materia prima vnum per se constituit. Vt, anima. Ex eodem 1. Physic. & 1. de Anima, cap. 1.

ACTVS accidentalis, est qui rem iam in suo esse constitutam actuat. Vt, color.

ACTVS primus, est forma substantialis, secundus verò est operatio. Ex D. Th. 1. 2. quæst. 3. art. 2.

ACTVS accidentalis perfectus, est, qui subiectum ita perfectè actuat, vt non relinquat illud in tendentia ad alium actum. Vt, lumen. Ex Themist. in 2. de Anima c. 19.

ACTVS accidentalis imperfectus, est via, & tendentia ad vlteriorem formam. Vt, illuminatio, qua producitur lumen. Et eodem ibidem.

ACTVS vitalis, est qui fit à principio vitæ coniuncto. Vt, nutritio.

ACTVS humanus, seu liber, seu moralis, est qui fit ex præscripto rationis, seu ab homine in quantum ratione vtitur, & dominus est suorum actuum Vt, locutio, datio eleemosynæ. Ex D. Thoma, 1. 2. quæst. 1. art. 1.

ACTVS hominis, seu naturalis, est qui fit ab homine, absque rationis aduertentia. Vt, fricatio barbæ.

ACTVS hominis, est qui fit ab

homine, vel non aduertente, vel impedire non valente ratione; vt oſcitatio. Ex eodem ibidem.

ACTVS elicitus, eſt qui immediatè à voluntate, tanquam à proximo principio procedit. Vt, volitio boni. Ex eodem, 1. 2. quæſt. 18. art. 6.

ACTVS imperatus, eſt qui ex voluntatis imperio, vel aliqua alia potentia immediatè producitur. Vt, vocalis oratio, profection in aliquem locum. Ex eodem ibidem.

ACTVS exercitus, dicitur cùm de re id enunciatur, quod ſe habet à parte rei. Vt, homo eſt riſibilis.

ACVVS ſignatus, dicitur, provt concipitur aliquid alteri conuenire. Vt cùm dico, riſibile eſt prædicatum hominis: Seu

IN ACTV exercito, dicitur res provt ſe habet à parte rei, & exercetur ſecundùm modum eſſendi realem, quod ei tribuitur. In actu autem ſignato, dicitur res concepta per intellectum, & vt eius actus

per aliud, vel in alio exercetur: vt dicimus, primas ſubſtantias ſubſiſtere in actu exercito, ſecundas verò in actu ſignato, quia primæ per ſe, & immediatè exercent actum ſubſiſtendi, ſecundæ verò per primas, & in primis

ADEPS.

ADEPS, eſt ſanguis concoctus per bonam nutritionem. Ariſt. lib. 1. de Generat animal. cap. 19. & 2. de Partit. cap 5.

ADIVRATIO.

ADIVRATIO, eſt inuocatio diuini nominis, quo quempiam deprecando, aut impellendo ad aliquid faciendum, vel non faciendum inducimus. Ex D. Thom. 2.2. quæſt. 80. art. 2.

ADMIRATIO.

ADMIRATIO, eſt ſtupor de re noua, & inſolita, cuius cauſa ignoratur, cum deſiderio eam cognoſcendi. Ex D Thom. lib. de mem. & reminiſc. lect. 3. Et Alberto Magno in 1. Metaphyſic. tractatu 2. cap. 6.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ADORATIO.

ADORATIO, est actus exterior, quo corporis aliquo gestu reuerentiam Deo, & cultum exhibemus. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 81. art. 7. & 83. art. 1. & 84. art. 2.

ADVLATIO.

ADVLATIO, est vitium, quo quis studet alicui in omnibus placere propter vtilitatem. Ex eodem. 2. 2. quæst. 115. art. 1.

ÆQVALIA.

ÆQVALIA, sunt ea, quæ ita in quantitate conueniunt, vt neutrum alterum excedat, vel ab altero excedatur. Vt, duo palmi. Ex Simplicio in Prædicam. Ex Alberto Magno 3. Physic. tract. 2. cap. 5.

ÆQVALITAS.

ÆQVALITAS, est relatio inter duo quata, quorum neutrum alterum excedit. Vt. inter duo pedalia. Ex eisdem ibidem.

ÆQVALITAS dimensionis, seu molis, est, qua duo corpora secundùm omnem quantitatiuam dimensionem, inter se adæquantur.

Ex Alberto Magno 4. Phyſic. tract. 1. cap. 13.

ÆQVALITAS continentiæ, eſt, qua vnum ita alterum continet, vt nihil cum eo poſſit continere. Vt, locus continet locatum. Ex eodem ibidem.

ÆQVIVOCVM.

ÆQVIVOCVM æquiuocans, eſt, quod diuerſa omnino ratione ſuis inferioribus conuenit. Vt, canis, cœleſti, terreſtri, & marino, conuenit tantùm ſecundùm nomen. Ex Ariſt. in Prædicam. cap. 1.

ÆQVIVOCA æquiuocata, ſunt ea, quorum eſt idem nomen, ratio verò ſubſtantiæ nomine ſignificata omnino diuerſa. Vt, taurus animal, & taurus mons nullam habent naturam communem hoc nomine (taurus) ſignificatam. Ex eodem ibidem.

ÆQVINOCTIALIS CIRCVLVS.

ÆQVINOCTIALIS circulus, eſt qui ſphæram diuidit in duas partes æquales, & ab vtroque polo ſecun-

dùm esse sui æqualiter distat. De Sacroboſco in Sphæra.

ÆQVINOCTIVM.

ÆQVINOCTIVM, est dierum, noctiúmque æqualitas, ex solis accessu ad certa signorum Zodiaci puncta perueniens; fit autem vernum, cùm sol arietis, autumnale, cùm libræ principium subit. Et eodem ibidem.

ÆQVITAS.

EPIKIA.

ÆQVITAS, est virtus, qua quid agitur contrà verba legis, eo quòd bonum commune, vel ratio Virtutis, vel certè id maioris boni postulet. Vt, lex præcipit reddendum depositum, æquitas vetat depositum gladium reddi furioso. Ex Arist. 5. Ethic cap. 10. & D. Thoma 2. 2. quæst. 51.

ÆTAS.

ÆTAS, est illud vitæ spatium, in quo fit calidi, & humidi, quibus vita ipsa continetur, notabilis mutatio. Vt, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, virilitas, se-

nectus, & decrepita ætas. Ariſt. 7. Politic. cap. 16.

AER.

AER, eſt elementum ſummè humidum, remiſsè calidum, ſecundùm quid leue. Ex Ariſt. 2. de Generat. cap. 3. & 4. de Cœlo, cap 4.

ÆTERNITAS.

ÆTERNITAS, eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. Boëtius 5. de Conſolat. Philoſoph Proſa ſexta. Seu

Eſt permanens duratio, in eſſe principio, & fine carens. Vt, duratio Dei. Ex Ariſti. 1. de Cœlo, cap. 12. textu 121.

ÆVVM.

ÆVVM, eſt permanens duratio natura ſua immutabilis, principium habens: ſed finis expers. Vt, duratio Angeli. Ex Simplic. in 4. Phyſic. textu 154.

AFFABILITAS.

AFFABILITAS, eſt virtus, quæ procurat, vt nos cum proximo in rebus ſeriis eius, noſtriſque, negotiorum attentis circumſtantiis gra-

tos, nec nimis blandos, nec nimis aſperos exhibeamus. Ex 4. Ethic. cap. 9. D. Tho. 2. 2. quæſt. 11. art. 1.

ALIMENTVM.

ALIMENTVM, eſt cibus qui vertitur in viuentis ſubſtantiam eam augendo, & nutriendo. lib. 2. de Gener. c. 4.

ALTERATIO.

ALTERATIO latè ſumpta, eſt mutatio ad qualitatem quamcunque. Vt, calefactio, doctrinæ acquiſitio. Ex Ariſt. 7. Phyſic. cap. 2. & 8. cap. 3. & de Anima, cap. 5.

ALTERATIO propriè ſumpta, eſt motus ad qualitatem, ſenſibilem, mediam, vel extremam. Vt, frigefactio, dealbatio. Ex eodem 1. de Generat. & Corrupt. cap. 1 & 4. & lib. 2. cap. 1. & 6. Phyſic. cap. 3.

ATERATIO corruptiua, eſt motus præuius ad generationem, & corruptiuus ſubiecti, in quo fit. Vt, calefactio, frigefactio. Ex eodem ibidem, & 7. Phyſic. cap. 3.

ALTERATIO perfectiua, eſt, quæ tendit, non ad corruptionem, ſed

ad perfectionem, subiecti. Vt, illuminatio. Ex eodem 8. Physic. cap. 3. Et D. Thom. 1. de Cœlo lect. 3.

AMBITIO.

AMBITIO, est inordinatus appetitus honoris. Ex eodem 4. Moral. ad Nicom. c. 4. & D. Thom. 2. 2. quæst. 121. art. 2.

AMICITIA.

AMICITIA, est amor beneuolentiæ mutuus cognitus. Ex eodem 8. Moral. ad Nicom. Seu

Est qua aliqui mutuam, apertámque beneuolentiam habent, & se viciſſim bonis affici volunt, ob aliquod bonum, & non ob ſolam iucunditatem. Ex eodem ibidem.

AMOR.

AMOR, est complacentia rei conuenientiam habentis cum appetitu à quo est amabilis.

AMOR amicitiæ, seu beneuolentiæ, est actus voluntatis, quo alicui personæ propter ipsam, bonum volumus. Vt, cùm quis amat Deum

propter Deum ipsum. Ex D. Thom. 1. 2 quæst 26 art. 4.

AMOR concupiscentiæ, est actus voluntatis, quo quis vult alicui bonus magis precipuè propter ipsum bonum Vt, cùm sibi vel alteri diuitias, aut honores appetit. Ex eodem ibidem.

AMPLIATIO.

AMPLIATIO, est acceptio termini, pro diuerso tempore, ab eo quod per verbum propositionis significatur. Vt, iustus peccauit: id est antequam peccaret erat iustus. Ex Summulistis.

ANALOGVM.

ANALOGVM nomen est, quod partim eadem, partim diuersa ratione, de suis inferioribus dicitur. Vt, sanum de homine, & medicina. Ex Simplic. in Prædicam. cap. 1.

ANALOGA sunt ea, quorum est idem nomen, ratio verò nomine significata, partim diuersa, partim eadem est. Vt, Deus, & creatura respectu entis. Ex Arist. 4. Metaphys. cap. 2.

ANALOGA attributionis, sunt, quorum est idem nomen eadémque ratio secundùm terminum, diuersa tamen secundùm habitudines ad illum. Caietanus cap. 2. dé Analogia nominum.

ANALOGA attributionis intrinsecæ, sunt ea, quæ formaliter communem rationem nominis participant cum dependentia vnius ab altero. Vt, Deus, & creatura rationem entis. Ex eodem, & Alberto Magno in Prædicament. cap. 1.

ANALOGA attributionis extrinsecæ, sunt ea, quorum vnum formaliter, & intrinsecè rationem nominis participat, cætera tantùm extrinsecè, & denominatiuè. Vt, homo, & medicina rationem sani participant. Ex eisdem.

ANALOGA proportionis, sunt ea, quæ de vno quidem propriè, de aliis metaphoricè tantùm, vel per quandam similitudinem cum primo dicuntur. Vt, ridere de homine, & prato. Ex Caietano citato,

ANGELVS.

ANGELVS, eſt ſubſtantia completa ſimplex & intelligens. Ex D. Thom. 1. quæſt. 3. art. 3. & 50. art. 5. & 65. art. 8.

ANIMA.

ANIMA, eſt actus primus corporis organici, Phyſici, poteſtate vitam habentis. Ariſtot. 1. de Anim. cap. 1. Seu

Eſt principium, quo primùm viuimus, ſentimus, & intelligimus. Idem ibidem.

ANIMAL, eſt viuens ſenſitiuum.

ANTECEDENS

ANTECEDENS, eſt id quo poſito, aliud ſequitur. Vt, eſt homo, ergo animal. Ex Boëtio Topic. 3.

ANTIPERISTASIS.

ANTIPERISTASIS, eſt intenſio qualitatis, propter circunſtantem, ſeu obſiſtentem contrariam. Vt, intenſio frigoris in aqua puteali, propter calorem æſtiuum.

APPETITVS.

APPETITVS, eſt potentia rei,

quæ naturaliter propendet in suum bonum, & finem. Sic materia appetit formam, & lapis centrum. Ex D. Thom. 1. quæstione 78. art. 1. & quæst. 80. art. 1. 2. 2. quæst. 8. art. 1.

APPETITVS elicitiuus, est potentia qua animal fertur in bonum cognitum. Ex eodem ibidem.

APPETITVS rationalis, idem est, quod voluntas, éstque facultas inclinans in bonum intellectu cognitum. Ex eodem ibidem.

APPETITVS concupiscibilis, est qui fertur in bonum sensibile absolutè, sub ratione boni. Ex eodem 2. 2. quæst. 18. art. 1. & 58. art. 4. quæst. 168. art. 2.

APPETITVS sensitiuus, est qui fertur id bonum solo sensu perceptum. Ex eodem ibidem.

APPETITVS irascibilis, est qui fertur in bonum sensibile, arduum, & difficile obtentu. Ex eodem quæst. 18. art. 1.

APPELLATIO.

APPELLATIO, est denomina-

tio vnius nominis ab alio: Seu

Est applicatio significati per aliud. Vt, Socrates est magnus Philosophus, dictio, magnus, appellat Philosophum, non Socratem. Ex Summulistis.

APPREHENSIO.

Apprehensio simplex, est actio intellectus, rem aliquam, absque affirmatione, aut negatione concipientis. Vt, dum cogito solem non affirmando, quòd sit lucidus, aut quid simile. Comm.

AQVA.

Aqva, est elementum, summè frigidum, excellenter humidum, secundùm quid graue. Ex Arist. 4. de Cœlo c. 5. & 2. de Gen. & Corrup. cap. 3.

ARGVMENTATIO.

Argvmentatio, est oratio, in qua ex argumento explicato, altera pars concluditur. Vt, omne corpus naturale, est mobile.

Cœlum est corpus naturale.

Ergo, mobile. Ex Aristot. 8. Topic.

pic. c. 3. Boëtio ibid & aliis communiter.

ARGVMENTVM.

ARGVMENTVM, eſt id, quod aſſumitur ad probandum vnum de alio. Vt, corpus naturale, ad probandum cœlum eſſe mobile. Ex Ariſt. Rhetoric. ad Alexand. cap. 14. Boërio citato, & aliis.

ARGVMENTVM demonſtratiuum, eſt neceſſarium inuentum, ad generandam ſcientiam Vt, habitus ad probandum, quòd virtus ſit qualitas. Ex eiſdem.

ARGVMENTVM topicum, eſt probabile inuentum, ad faciendam fidem. Vt, ſi probes Socratem eſſe virtum bonum, quia eſt Philoſophus.

ARITHMETICA.

ARITHMETICA, eſt ſcientia, quæ in ſpeculanda numerorum ratione occupatur. Ex Ariſt. 12. Metaphyſic. cap. 8.

ASPERVM.

ASPERVM, eſt cuius partes aliæ prominent, aliæ depreſſæ ſunt. Ex

Arist. in Prædicam. de qualit. & Porphyr. ibidem.

ARS.

ARS, est habitus, cum vera ratione actiuus, aut factiuus earum rerum, quæ aliter, & aliter fieri possunt. Ex Arist. 5. Moral. ad Nicom. cap. 4. & 6. c. 4. & 1. Magn. Moral. 33.

ARTES liberales, sunt, quæ ab ingenuis hominibus exerceri solitæ, ingenij, potiùs quàm corporis vigorem exigunt. Vt, Grammatica.

ARTES mechanicæ, sunt, quæ instrumentis externis, & corporum vi potissimum exercentur. Vt, Architectonica.

ARTERIA.

ARTERIA, est pars dissimilaris spermatica, duplici cute contexta, vitalis sanguinis conceptaculum.

ASSENSVS.

ASSENSVS, est actus intellectus, obiecto adhærentis propter terminorum euidentiam, medium, vel voluntatis imperium. Sic assentior

huic propositioni, homo est animal; propter euidentem terminorum connexionem: huic autem, homo est risibilis; propter hoc medium rationale: & huic, homo iustus, est beandus; propter voluntatis imperium, iubentis assentiri diuinæ authoritati. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 1. art. 4. & quæst. 2. art. 2.

ASTROLOGIA.

ASTROLOGIA, est scientia, quæ in syderum contemplatione versatur. Ex Arist. 12. Metaph. cap. 8.

ASTVTIA.

ASTVTIA generatim, est ratio aliquid agendi modo occulto. Ex D Thom. 2. 2. quæst. 55. art. 5.

ASTVTIA, vt speciale vitium, est notitia prauorum mediorum, ad fallendum idoneorum, cum affectu. Ex eodem ibidem art. 3. & quæst. 51 art. 4.

ATTRIBVTVM.

ATTRIBVTVM, est quidquid de aliquod dicitur. Vt, homo iustus, de Petro. Ex Summulistis.

AVARITIA.

AVARITIA, est inordinatus affectus, vel acquirendarum, vel conseruandarum opum. Ex Aristot. 4. Moral. ad Nicom. cap 1. & de virt. & vitiis. Et D. Thom. 2. 2. quæst. 118. art. 1. & 8.

AVDACIA.

AVDACIA, vt passio appetitus, est tendentia vitalis in bonum, obtentu difficile.

AVDACIA, vt vitium, est vitium, quo quis iustum rationis modum excedit, in aggrediendis periculis, quando, vel quo modo non conuenit. Ex D. Thom 2 2. quæst. 127.

AVDITVS.

AVDITVS, est potentia seu facultas animæ sensitiuæ soni cuiuslibet perceptiua

AVGERI.

AVGERI per iuxtà positionem, est excrescere, per additionem nouarum partium, ad priores iam existentes. Vt, dum aquæ additur alia aqua, aut igni lignum.

AVGERI per intus susceptionem,

est recepto in poris alimento, & virtute vegetatricis animæ, in aliti substantiam conuerso viuens excrescere.

AVGERI intensiuè, est qualitatem, vel in eadem parte subiecti plures eiusdem entitatis gradus suscipere, vel circa eandem obiecti partem magis magísque perfici. Vt, dum calor in eadem manus parte intenditur, & scientificus habitus circa eandem conclusionem, per repetitos actus.

AVGERI extensiuè, est qualitatem ad plures partes, vel obiecti, vel subiecti sese extendere. Vt, scientia ad plures conclusiones, lumen ad plures aëris partes.

AXIOMA.

AXIOMA, seu dignitas, seu effatum est propositio indemonstrabilis, quam necesse est tenere, eum qui addiscere aliquid instituit. Vt, de quolibet vera est affirmatio, aut negatio. Arist. 1. Poster. cap. 2.

AXIS.

AXIS Sphæræ, est linea immota;

transiens per centrum, circumferentiamque, circa quam Sphæra voluitur. Ex Arist. lib. de Mundo cap. 2. Et Sacroboſco in Sphæra.

BEATITVDO.

BEATITVDO, eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus Boët. de Conſol. Proſa. 3.

BEATITVDO obiectiua, eſt res ea, cuius poſſeſſione beatus quis efficitur. Ex D Tho. 1. 2. quæſt. 2.

BEATITVDO formalis, eſt actus ille, quo beatitudinem obiectiuam percipiendo, formaliter beatus quis redditur. Vt, ſecundùm Diuum Thomam clara, & intuitiua Dei viſio; ſecundùm Scotum, amor Dei clarè viſi.

BENEFICIVM.

BENEFICIVM, eſt benenola actio, tribuens gaudium, capiénſque tribuendo in ſe quod facit prona, & ſponte ſua parata. Senec. lib. 2. de Benefic.

BENEVOLENTIA.

BENEVOLENTIA, est actus voluntatis, quo alteri bonum desideratur. D. Thom. 2. 2. quæst. 27. art. 1.

BILIS.

BILIS flaua, est humor vnus ex primis, siccus, & calidus. Ex Aristot. Problem. sect. 1.

BILIS atra, est humor vnus ex primis, siccus, & frigidus. Ex eodem de Somniis, cap. 3.

BLASPHEMIA.

BLASPHEMIA generatim, est conuitium factum in personam alicuius dignitatis, & excellentiæ.

BLASPHEMIA propriè, est contumelia in Deum verbis irrogata. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 1.

BONVM.

BONVM, est id quod omnia appetunt. Ex Arist. 2. Ethic. cap. 3. Vel

BONVM, est quod habet conuenientiam cum appetitu. Vt, Deus, cum voluntate. Ex eodem ibidem.

BONVM verum est, quod habet formaliter rationem conuenientiæ, & appetibilis. Vt, beatitudo. Ex eodem 2. Eudem. cap. 10. & 5. Metaphys. cap. 2.

BONVM apparens, est quod existimatur habere rationem boni, quamuis non habeat. Vt, occisio inimici. Ex eodem ibidem.

BONVM absolutè, est id, cui nulla est de est perfectio. Vt, Deus. Ex eodem 7. ad Nicom cap. 13.

BONVM in suo genere, est cui nulla de est perfectio sibi debita. Vt, sol. Ex eodem ibidem.

BONVM naturale, est quod est conforme, & conueniens naturæ alicuius. Vt, cibus homini. Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 54. art. 3.

BONVM morale, est quod habet conformitatem cum recta rationis regula. Vt, virtus. Ex eod. 1. quæst. 49. art. 3. Et 1. 2. quæst. 71. art. 2.

BONVM vtile, est quod appetitur, propter aliud, ad quod acquirendum, vel fruendum conducit. Vt, pecunia. Ex eodem 1. 2. quæst. 19.

art. 5. & 2. 2. quæſt. 45. art. 3.

BONVM delectabile, eſt quod cum ſenſu, & voluptate percipitur. Vt. pomum. Ex eodem ibidem.

BONVM honeſtum, eſt, quod conforme eſt rectæ rationi, & cum morali recurrit. Vt, pietas. Ex eodem ibidem.

BONITAS entis, ſeu tranſcendens, eſt entis perfectio.

CALOR.

CALOR eſt qualitas per ſe congregans homogenea, per accidens heterogenea. Ex Ariſt. 2. de Generat. cap 1. & Aphrod. 4 Meteor. Comm. 1.

CALOR naturalis, eſt primum naturæ inſtrumentum, ad ſua munia obeunda. Ex Ariſt. 1. de Generat. & Corrupt.

CARO.

CARO, eſt ſubſtantia, animata, humida & calida, ex tenui ſanguinis portione producta. Ex Ariſt 2. de Partib. animal. cap. 2. & 3. de Hiſt. animal. cap. 6.

CARTILAGO.

CARTILAGO, est pars corporis homogenea, carne durior, esse mollior, ex terrestriori seminis portione genita. Ex eodem 3. de Histor. animal. cap. 2. 7. & 9.

CASTITAS.

CASTITAS, est virtus, quæ veneris concupiscentiam, rationis moderamine cohibet. Ex D. Tho. 2. 2. quæst. 151. art. 2.

CASTITAS coniugalis, est qua quis proponit in matrimonio ab illicitis voluptatibus abstinere, & licitis moderatè vti. Ex eodem quæstione 152. art. 3.

CASTITAS vidualis, est qua coniux disiuncto coniuge, ab omni re venerea abstinere firmiter statuit. Ex eodem ibidem.

CASVS.

CASVS, est causa per accidens, in iis, quæ non agunt ex electione. Vt, tegula labens est causa vulneris. Ex Arist. 2. Physic. cap. 5. & 6.

CATEGOREMA.

CATEGOREMA, est terminus, qui

potest per se esse prædicatum, vel subiectum enuntiationis. Vt, homo. Ex Summulistis.

CATEGORIA.

Categoria, est realis ordo, & dispositio categorematum. Vt, substantia, quantitas, &c. Ex Arist. in Prædicam. & 5. Metaphysicæ cap. 12.

CAVSA.

Causa latè, est id à quo aliud in fieri, vel cognosci dependet, quódve ad illud est quocumque modo necessarium. Vt, Architectus domus faciendæ, fumus ignis cognoscendi, & generationis causa priuatio dicitur. Ex Arist. 12. Metaph. c. 2. & 2. Phys. cap. 5. & 2. Post. c. 11.

Causa cognoscendi, est quæ nos ducit in cognitionem alterius. Vt, vestigium pulueri impressum feræ cognoscendæ. Ex Caietano 1. Post. cap. 1.

Causa essendi, seu realis, est à qua effectus suum esse accipit: seu est, id à quo aliud per se dependet. Conimbric. 2. Phys. c. 3. quæst. 1. Seu

ſt principium, per ſe influens eſſe in aliud Suarez Diſput. 2. Metaphyſ. ſect. 2.

CAVSA virtualis, ea eſt, à qua res ſuum eſſe acciperet, ſi cauſam habere poſſet: ſic immutabilitas, eſt cauſa virtualis æternitatis.

CAVSA prima, eſt à qua cæteræ omnes in cauſando pendent, ipſa verò à nulla. Vt, Deus. Ex D. Tho. 2. Phyſic. lect. 6. & 1. quæſt. 19. artic 8.

CAVSA ſecunda, eſt quæ indiget concurſu primæ cauſæ, ad producendum effectum. Vt, res creatæ. Ex eodem ibidem.

CAVSA proxima, eſt quæ per ſe, & immediatè, attingit effectum. Vt, ignis eſt cauſa proxima caloris. Ex Ariſt. 2. Phyſic. cap. 3. & 1. Poſt. cap. 11.

CAVSA remota, eſt quæ tantùm mediante alia cauſa, ad effectum concurrit. Sic animal reſpirationis eſt cauſa remota, pulmo proxima. Ex eodem ibidem.

CAVSA adæquata, eſt à qua om-

ni, soláque procedit effectus. Vt, homo respectu risibilitatis. Ex Caietan. in primum Post. cap. 10.

CAVSA inadæquata inferior, est à qua omni, sed non sola, effectus producitur. Vt, ignis caloris. Ex eodem ibidem.

CAVSA inadæquata superior, est à qua sola, sed non omni, pendet effectus. Vt, animal respirationis. Ex eodem ibidem.

CAVSA vniuoca, est quæ producit effectum eiusdem speciei. Vt, leo, leonem. Comm.

CAVSA æquiuoca, est quæ producit effectum, diuersæ speciei à se, Vt, sol aurum Comm.

CAVSA vniuersalis, est quæ concurrit ad omnes, vel quampluri-mos effectus aliarum causarum. Vt, cœlum. Comm.

CAVSA particularis, est quæ certos tantùm, & determinatos effectus, potest producere. Vt, homo hominem, ignis ignem. Comm.

CAVSA principalis, est quæ per virtutem principalem, vel æquè no-

bilem, vel ignobiliorem producit effectum. Vt, ignis respectu alterius ignis & caloris. Suarez disp. 17. Met. sect. 2.

CAVSA instrumentalis, est quæ eleuatur ad producendum effectum virtute causæ alterius, vt plurimùm se nobiliorem Vt, virtus seminalis, respectu viuentis; aqua baptismalis, respectu gratiæ; penicillus, respectu imaginis. Ex eodem disp. 17. Metaphys. sect. 1. Et Arriaga disp. 11. Physic. sect 3.

CAVSA efficiens, est id vnde est primum principium motus, & quietis. Arist. 5 Metaphys. cap. 2. & 2. Physic. cap. 3. Seu

Est principium primum, à quo per se pendet actio, vel motus, & effectus. Runius in 2. Physic. cap. 3. quæst. 1. Seu

Est quæ per se tribuit effectui esse extrinsecè ex præciso conceptu causæ efficientis. Arriaga disput. 9. Physic. sect. 1.

CAVSA materialis, est quæ concurrit ad effectum, recipiendo, &

ſuſtentando formam. Vt, corpus reſpectu animæ. Ex Ariſtot. 1. Metaphyſ. cap. 1. & 5. cap. 4.

CAVSA formalis, eſt quæ dat eſſe effectui in formando materiam. Vt, anima, reſpectu corporis. Ex eodem ibidem.

CAVSA finalis, eſt cuius gratia effectus ab agente procedit. Vt, habitatio domus. Ex eodem ibidem.

CAVSA per ſe, eſt quæ propriè, & per ſe, influit in effectum. Vt iugulans, cauſa eſt mortis. Ex eodem 5. Metaphyſ. cap. 2.

CAVSA per accidens, eſt quæ non influit eſſe in effectum: ſed coniuncta eſt tantùm cum cauſa per ſe. Vt cùm dico, muſicus ædificat. Ex eodem ibidem.

CAVSA moralis, eſt quæ iubente, conſentiente, vel præſente, & non impediente, cùm poteſt, & debet, producitur effectus. Vt, qui iubet ſeruo alium occidere, & qui non impedit occiſionem, cùm poſſit, & debeat, & qui eam ſuadet.

CAVSA totalis, eſt quæ ſola in

ſuo genere, producit effectum. Vt, ſol lucem Comm.

CAVSA partialis, eſt quæ cum alia, in eodem genere, ad effectus productionem concurrit. Vt, duo equi, trahentes currum. Comm.

CAVSA in potentia, eſt quæ habet quidem vim producendi effectum, non tamen producit. Vt, qui poteſt ſcribere, nec ſcribit. Ex Ariſtot. 2. Phyſic. cap. 3.

CAVSA in actu, eſt quæ reipſa influit eſſe in aliud. Vt, qui ſcribit. Ex eodem ibidem.

CAVSA libera, eſt quæ poſitis omnibus ad agendum requiſitis, poteſt agere, vel non agere. Vt, homo ſtudere, vel non ſtudere. Comm.

CAVSA naturalis, ſeu neceſſaria, eſt quæ poſitis omnibus ad agendum requiſitis, non poteſt non agere. Vt, ignis non calefacere non poteſt Comm.

CAVSÆ intrinſecæ, ſunt quæ per propriarum entitatum communicationem, ad effectus productionem concurrunt. Vt, materia, & forma,

forma. Ex Ariſtot. 12. Metaphyſic. cap. 14.

CAVSÆ extrinſecæ, ſunt quæ ita in effectum influunt, vt ſint extrà eius eſſentiam. Vt, finalis, & efficiens. Ex eodem ibidem.

CAVSÆ eiuſdem ordinis, ſunt quarum vtraq; eſt ſupernaturalis, vel principalis, aut vtraq; naturalis, vel inſtrumentalis. Vt, materia & forma in generatione.

CAVSÆ diuerſi ordinis, ſunt quarum vna eſt ſupernaturalis, vel principalis, altera naturalis, vel inſtrumentalis. Vt, Deus, & creatura; homo, & calamus.

CAVSÆ eiuſdem generis, ſunt quæ eundem habent in effectum influendi modum. Vt, duæ efficientes, duæ materiales.

CAVSÆ diuerſi generis, ſunt quæ diuerſa influendi ratione ad effectus productionem concurrunt. Vt, finis, & efficiens, materia, & forma.

CAVSÆ ſubordinatæ, ſunt quarum vna, ſine alterius conſortio,

agere non poteſt. Vt, calamus manui ſubordinatur. Comm.

CAVSÆ non ſubordinatæ, dicuntur eæ quarum neutra pendet ab altera in agendo, Vt, duo ignes, Comm.

CAVSALITAS.

CAVSALITAS, eſt id quo primò poſito, res denominatur actu cauſa; ſeu quo mediante cauſa producit effectum. Vt, actio, reſpectu efficientis, Ex Ariſtot. 1. de Anima, cap. 1.

CAVSANDI VIRTVS.

CAVSANDI VIRTVS, eſt id, per quod res cõſtituitur cauſa, in actu primo, potens in effectum influere. Vt, calor, in igne; bonitas, in fine. Ex eodem ibidem.

CENTRVM.

CENTRVM, eſt punctum, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, ſunt æquales. De Sacrobosco in Sphæra.

CEREBRVM.

CEREBRVM, eſt ſubſtantia humida, & frigida, alba & medullæ

xis ex subtiliori seminis, & spirituum portione, procreata. Ex Aristot. 3. de Histor. animal. & 2. de Part. animal.

CERTITVDO.

CERTITVDO, est firmitas adhæsionis, virtutis cognoscitiuæ ad suum cognoscibile. D. Thom. 3. dist. 26. quæst. 2. art. 4. Seu

Est firma adhæsio intellectus ad obiectum. Ex eodem 2. 2. quæst. 4. art. 8

CIRCVLVS.

CIRCVLVS Logicus, committi dicitur cùm ex vno, vt causa, deducimus aliud, vt effectum, & ex hoc iterùm, vt causa, in prioris, vt effectus cognitionem regredimur. Vt, si ex rationali, tanquam ex causa, inferas risibile, & ex risibili, velut ex causa, rationale. Ex Arist. 2. Post. cap. 3.

CIRCVLVS lacteus, est multitudo minimarum stellarum, in firmamentao, quæ cùm præexiguitate, ad aspectum distinctè peruc-

nire nequeant, lumen confundunt, & permiscent. Seu

Sunt partes firmamenti densiores, quàm reliquæ minùs densæ, quàm astra, quæ ex reflexione solis, syderúmque luminis candorem illum emittunt.

CLEMENTIA.

Clementia, est virtus, quæ infligendis superiorum in inferiores punitionibus modum adhibet. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 157. artic. 1. & 2.

COELVM.

Coelvm, est corpus simplex, primarum qualitarum, & corruptionis expers. Seu

Coelvm, est substantia corporea, existens in potentia ad vbi solum; ingenerabile, & incorruptibile, Albert. Mag. de Caus. & proces. causa. 1. lib. 2. tract. 1. cap. 3.

COGNITIO.

Cognitio, est actio vitalis potentiæ, in se obiecti similitudinem exprimentis. Vt, visio, intellectio. Ex D. Th. 1. part. quæst. 85. & 86.

COGNITIO quidditatiua, eſt qua clarè rei eſſentiam intelligimus. Vt, hominem eſſe animal rationale. Ex eodem ibidem.

COGNITIO comprehenſiua, eſt qua cognoſcitur obiectum, quantum eſt in ſe cognoſcibile. Vt, Angelus cognoſcit totum hominem, in quantum cognoſci poteſt. Ex eodem 1. quæſt. 12. artic. 7. & 40. art. 3.

COGNITIO abſtractiua, eſt qua intellectus fertur in eſſentiam rei, abſtrahendo ab exiſtentia; quâ vnum cognoſcitur in alio. Vt, cùm cognoſco abſentem, per ſpeciem intelligibilem, vel phantaſma. Ex eodem 1. quæſt. 56. art. 3. & quæſt. 8. art. 1.

COGNITIO intuitiua, eſt qua percipitur obiectum exiſtens, & præſens immediatè, in ſe, & non in alio. Ex eodem ibidem.

COLERA Vide Bilis flaua.

COLOR.

COLOR, eſt extremitas rei perlucidæ in corpore certo, & terminato,

COMPARATIO.

Comparatio, est actus intellectus vnum cognoscentis, in ordine ad aliud, vel cum alio, Commun.

Comparatio composita, est qua intellectus actu affirmat, vnum inesse alteri. Vt, homo est animal, Comm.

Comparatio simplex, est qua intellectus absque affirmatione, & negatione, vnum apprehendit in ordine ad aliud. Vt, patrem ad filium.

COMETA.

Cometa, est exhalatio pinguis, crassa, benè coagmentata, & accensa. Ex Arist. 1. Meteor c. 7.

COMPOSITVM.

Compositvm substantiale, est quod constat ex partibus substantialibus, materia videlicet, & forma. Vt, homo ex corpore & anima. Ex Arist. 7. Metaphys. cap. 7.

Compositvm Physicum, est quod ex partibus realibus, & realiter inter se distinctis coalescit.

Vt, homo ex anima, & corpore. Ex eodem ibidem.

COMPOSITVM Metaphysicum, est quod ex partibus quidem realibus, sola tamen ratione distinctis constitui intelligitur. Vt, homo ex animali, & rationali.

COMPOSITVM accidentale, est quod conflatur ex subiecto, & accidente. Vt, album ex niue, & albedine.

CONCEPTVS.

CONCEPTVS mentalis in vniuersum, est vel intellectionis terminus, vel eius obiectum quatenus obiectum est.

CONCEPTVS formalis, est vitalis repræsentatio, & species expressa, obiecti in intellectu. Vt, imago domus, per intellectionem producta.

CONCEPTVS obiectiuus, est res ea, quæ intellectui cognoscenda obiicitur. Vt, domus prout à mente cognoscitur.

CONCOCTIO.

CONCOCTIO, est perfecti

à naturali calore manans ex contrariis qualitatibus habẽtibus vim patiendi. 4. Meteor. cap. 4.

CONCRETVM.

Concretvm nomen, eſt quod habet compoſitum ſignificandi modum. Ex Summuliſtis.

Concretvm Phyſicum, eſt quod ex forma Phyſica, & ſubiecto, per realem compoſitionem coaleſcit. Vt, album, ex pariete, & albedine. Ex iiſdem.

Concretvm Metaphyſicum, eſt quod ex forma Metaphyſica, & eius modo eſſendi, per compoſitionem rationis conſtituitur. Vt, homo, ex humanitate, & ſubſiſtentia. Ex iiſdem.

CONCLVSIO.

Conclvsio formaliter sũpta, dicitur enuntiatio, provt dependet ab antecedente, & ab eo veritatem ſortitur. Vt, homo eſt animal: Ergo viuens. Ex Ariſt. in libris Prior. & Interpretib. ibidem.

Conclvsio materialiter accepta, dicitur enuntiatio, probanda,

nondum tamen in argumentatione diſpoſita. Vt, lapis eſt corpus. Ex iiſdem.

CONCLVSIO directa, eſt in qua maius extremum prædicatur. Vt,

Homo eſt animal.

Plato eſt homo.

Ergo Plato eſt animal. Ex iiſdem.

CONCLVSIO indirecta, eſt in qua maior extremitas, minori ſubiicitur. Vt,

Omne animal, eſt viuens.

Omnis homo eſt animal.

Ergo aliquod viuens eſt homo. Ex iiſdem.

CONDITIO.

CONDITIO ſine qua non, eſt aliquid neceſſarium, vt effectus fiat, in eum tamen nihil influens. Vt, indiſtãtia, inter agens & paſſum.

CONNOTARE.

CONNOTARE, eſt cum vna re aliam conſignificare. Vt, cognitio connotat obiectum. Ex iiſdem.

CONNOTATIVVM.

CONNOTATIVVM nomen, eſt

quod vt perfectè significet, & intelligatur, aliud connotat. Vt, pater, filium. Ex iisdem.

CONSEQVENS.

Conseqvens, est id quod alio posito, necessariò sequitur. Vt, risibile, posito rationali. Ex Arist. 12. Metaphysic. cap. 12.

CONSEQVENTIA.

Conseqventia, est oratio, in qua ex vno infertur aliud. Vt, est animal, ergo sentit. Ex Summulist.

Conseqventia materialis, est quæ vi solius materiæ, non autem propter dispositionem terminorum concludit. Vt, est viuens, ergo animatum. Ex Summulistis.

Conseqventia formalis, est quæ concludit vi formæ, adeo vt si eadem semper forma seruetur, in omni materia, semper bona inferatur conclusio. Vt, omnis homo est rationalis.

Petrus est homo.

Ergo rationalis. Ex iisdem.

CONTACTVS.

Contactvs suppositi, dicitur

cùm agens immediatè, per suam entitatem, coniunctum est passo. Vt, Deus omni rei creatæ in quam agit.

CONTACTVS virtutis, dicitur, cùm agens, mediante sua virtute attingit passum. Vt, sol aërem, medio lumine.

CONTACTVS Mathematicus, est indistantia duorum corporum, secundùm suas quantitates se contingẽtium, siue inter se agant, siue non. Vt, duo cœli, & in eodem pariete duo lapides se contingunt.

CONTACTVS Physicus, est indistantia rerum duarum, quarum vna in alteram agit, vel vtraque in inuicem. Vt, calor manum, & aër aquam contingit.

CONTACTVS Metaphysicus, est vnio indistantiæ duarum rerum spiritualium. Vt, cùm duo, pluréſve Angeli sunt in eodem loco.

CONTINERE.

CONTINERE formaliter aliquid, est illud in se, actu, & reipsa habere. Vt, ignis calorem,

CONTINERE eminenter, est non habere quidem actu, sed habere æquiualentem perfectionem, vel virtutem illam producendi. Vt, homo, continet eminenter perfectionem bruti, quia habet ei æquiualentes, & nobiliores; & sol, eminenter cõtinet calorem, quia potest illum producere. Comm.

CONTINENTIA.

CONTINENTIA latè, est virtus quædam, qua quis ab omni delectatione venerea se cohibet. D. Thom. 1. 2. quæst. 58. art. 2. & 2. 2. quæst. 143. art. 3.

CONTINENTIA propriè, est virtus, per quam prauis, ac vehementibus cupiditatibus, ad tactum spectantibus, aliquis resistit. Ex eodem 2. 2. quæst. 155. art. 1.

CONTIGVVM.

CONTIGVVM, est cuius extrema sunt simul. Vt, duo digiti. Ex Arist. 1. Physic. cap. 1.

CONTINVVM.

CONTINVVM, vide TOTVM.

CONTINGENS.

CONTINGENS, est quod potest se aliter habere, seu quod potest esse, & non esse. Vt, Socratē esse Philosophum. Ex Arist. 2. de Interpretat. cap. vlt. & in lib. Prior. passim.

CONTRADICTORIA.

CONTRADICTORIA, sunt ea, quorum vnum de ente, alterum de non ente, sine medio dici necesse est. Vt, homo., non homo. Ex Arist. Metaph. 10. cap. 4. & in Prædicam. cap. de Oppositis.

CONTRARIA.

CONTRARIA, sunt ea, quæ sub eodem genere maximè distant, & se vicissim expellunt ab eodem subiecto. Vt, calor, & frigus. Ex eodem ibidem.

CONTRARIA immediata, sunt ea, inter quæ nullum dari potest medium. Vt, siccitas, & humiditas. Ex eodem ibidem.

CONTRARIA mediata, sunt ea, inter quæ datur aliquod medium. Vt, inter albedinem, & nigredi-

nem. Ex eodem ibidem.

CONVERSIO.

Conversio, est vnius rei in aliam transitio. Vt dum lignum in ignem mutatur.

Conversio enuntiationum, est commutatio extremorum propositionis, seruata essentiali qualitate; & veritate. Vt nullum vitium est laudabile, nullum laudabile est vitium. Ex Arist. 1. Prior. cap. 1.

Conversio simplex, est ea, in qua seruatur eadem quantitas, nulla addita particula. Vt, nullus homo est lapis, nullus lapis est homo.

Conversio per accidens, est ea, in qua mutatur quantitas, ita vt ex vniuersali fiat particularis, aut contra. Vt, omne animal est viuens, aliquod viuens est animal. Ex eodem ibidem.

Conversio per contrapositionem est ea, in qua seruata quantitate, per additionē negationis ex finitis extremis simplicibus fiunt infinita. Vt, aliquod animal non

eſt equus; ergo aliquod, non equus eſt, non animal. Sũmuliſtæ.

COR.

COR, eſt pars animalis heterogenea, in eius medio ſita, vitæ principium; & ſpirituum vitalium officina. Ex Ariſt. 3. de Hiſt. animal. c. 17. & 2. de Part. Anim. cap. 2. & 3. cap. 11.

CORPVS.

CORPVS Phyſicum, eſt quod conſtat materia, & forma Phyſicis. Ex Ariſt. 1. de cœlo, cap. 1. & 1. de Hiſt. Animal.

CORPVS Metaphyſicum, eſt ſubſtantia corporea completa. Ex Ariſt. 1. Metaphyſic.

CORPVS Mathematicum, eſt quantitas, conſtans ex longitudine, latitudine, & profunditate. Ex Ariſt. in Prædicam. cap. de Quant.

CORPVS organicum, eſt materia variis organis inſtructa ad multiplices vitæ functiones exercendas.

CORRELATVM, SEV CORRELATIVVM.

Vide RELATIVVM.

CORRVPTIO latè, eſt trãſitus ab eſſe, ad non eſſe rei, ſeu ſubſtantialis, ſeu accidentalis. Vt, interitus hominis, deſitio luminis in aëre. Ex Ariſt. 5. Phyſic. cap. 1. & 2. de Generat. & Corrupt. cap. 2.

CORRVPTIO propriè, eſt mutatio, ab eſſe formæ ſubſtantialis, ad non eſſe eiuſdem in materia. Ex eodem ibidem.

CREATIO.

CREATIO, eſt actio, qua aliquid ex nihilo producitur. Vt, Angeli productio. Ex D. Thom. 1. quæſt. 45. art. 2. & quæſt. 46. art. 2.

CRVDELITAS.

CRVDELITAS, eſt atrocitas animi, in exigendis pœnis: Seu

Eſt vitium, quo quis iuſtum puniendi modum excedit, ex aſperitate animi, malo alterius minimè compatientis. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 101. art. 3.

CVLTVS.

CVLTVS, est honor, cum aliqua submissione nostri exhibitus. Ex eodem ibidem, art. 2.

CVRIOSVS.

CVRIOSVS, est qui maiorem curam circa rem aliquam inutilem cognoscendam, vel efficiendam, vel comparandam, adhibet, quàm ratio postulet. Ex eodem 2. 2. quæst. 167.

CVRIOSITAS.

CVRIOSITAS, est vitium, quo quis superfluam diligentiam adhibet, vt aliquid sciat, quod nihil ad ipsum scire attinet, aut quod captum ipsius superat, idque affectu solius cognitionis. Ex eodem ibidem.

CVTIS.

CVTIS, est pars similaris, sicca & frigida, ex semine genita, tegendo, & ornando corpori, à natura instituta. Arist. 3. de Hist. anim. cap. 11. & alibi passim.

DECRETIO.

DECRETIO, est quantitatis in composito Physico viuente præsertim deperditio. Ex Arist. 2. Physic. cap. 2.

DEFINITIO.

DEFINITIO nominis, est oratio, qua explicatur nominis significatio. Vt, Philosophia, est amor sapientiæ. Ex Arist. 2. Post. cap. 10.

DEFINITIO rei, est oratio, declarans essentiam definiti. Ex eodem 3. Metaphys. cap. 7.

DEFINITIO essentialis, est oratio rem explicans, per genus proximum, & propriissimam differentiam. Vt, homo, est animal rationale. Ex eodem 2. Post. cap. 13.

DEFINITIO causalis, est quæ rei naturam per vnam, pluréſve eius causas explicat. Vt, homo, est animal constans ex corpore recto, & animo rationis compote, à Deo conditum ad æternam beatitudi-

nem. Ex eodem ibidem.

DEFINITIO accidentalis, seu descriptio, est oratio, quæ datur per genus, & vnam pluresve proprietates definiti. Vt, homo est animal risibile. Ex eodem 2. Post. cap. 13.

DEFINITIO positiua, est quæ rei quidditatē, terminis positiuis aperit. Vt, supradictæ. Ex eod. ibid.

DEFINITIO negatiua, est qua rei natura terminis negatiuis declaratur. Vt, Deus non est mortalis, non corporeus, &c.

DEFINITVM.

DEFINITVM proximum, est quod est ens per se, vniuocum, & species subalterna, vel infima, cui per se, & immediatè conuenit definitio. Vt, homo corpus. Ex eodem 2. Post. cap. 14.

DEFINITVM remotum, est quod alio mediante, definitione explicatur. Vt, individua media specie. Ex eodem ibidem.

DELECTATIO.

DELECTATIO, est actus appe-

titus in boni adepti fruitione sibi complacentis. Ex Aristot. 1. de Anima cap. 5. Et D. Th. 1. 2. quæst. 11. art. 1. ad 3.

DEMONSTRATIO.

Demonstratio, est syllogismus efficiens scientiam. Aristot. 1. Post. cap. 2. Seu

Est syllogismus, constans ex immediatis, primis, veris, prioribus, notioribus, ac causis conclusionis, & vniuersalibus. Ex eodem ibidem. Seu

Est instrumentum, quo quid verum, quid falsum, quid bonum, quid malum, cognoscitur. Amm. in Prædicament.

Demonstratio à priori, seu à causa, seu propter quid, & Græce διότι, est syllogismus, in quo ex causa necessario concluditur effectus. Vt, omne rationale, est admiratiuum. Omnis homo est rationalis.

Ergo omnis homo est admiratiuus. Ex Arist. 1. Post. cap. 2.

Demonstratio à posteriori,

seu ab effectu, a signo, quia & Græcè ὅτι, est syllogismus, in quo ex effectus cognitione, deuenimus in causæ cognitionem. Vt,

Omne risibile est rationale.
Sed omnis homo est risibilis.
Ergo omnis homo est rationalis. Ex eodem ibidem.

DENOMINATIO.

DENOMINATIO propriè, est actio, qua rem aliquam, à forma accidentali denominamus. Vt, cùm niuem albam ab albedine dicimus. Ex Ammo. & Alberto Magno in Prædicam.

DENOMINATIO intrinseca, est quæ petitur à formâ, rei denominatæ inhærente. Vt, in igne denominatio calidi sumitur à calore qui igni inest. Ex iisdem ibidem.

DENOMINATIO extrinseca, est quæ desumitur à forma, non inexistente rei denominatæ; sed potiùs denominanti, vel ab actu potentiæ versantis circa obiectum. Vt, paries, dicitur dexter à dextera quæ non inest in eo, sed in ho-

mine, & dicitur visus, à visione quæ est in oculo. Ex Alensi 2. Metaphys. 3.

DENOMINANS.

Denominans, est nomen, à quo aliud deducitur, secundùm significationem, & terminationē. Vt, pietas, à qua pius. Simplic. in Prædicam. quæst 18.

DENOMINATIVA.

Denominativa, sunt ea, quæ ab aliquo orta, differentia casu, secundùm nomen appellationem habent. Vt, sapiens, à sapientia. Arist. in Antepræd. cap 1.

Denominativvm, est quod ab aliquo secundùm vocem, & significationem deducitur. Vt, iustus, à iustitia. Ex Simplic. in Præd. quæst 18.

DENOMINATVM.

Denominatvm, est quod habet in se formam denominantem. Vt, homo, qui pietatem habet in se. Ex eodem ibidem.

DENSITAS.

Densitas, est modus quantita-

tis, in multa materia paruam extensionem habentis. Ex Arist. 3. de Cœlo, cap. 1.

DENSVM, est quod habet multum materiæ, sub parua extensione. Ex eodem ibidem. Seu

DENSVM, est cuius partes inter se ita cohærent, vt nihil alieni corporis admittant. Ex Aristot. in Præd. cap. de Qualit. & Porph. ibidem.

DENTES.

DENTES, sunt ossicula ori inserta, ad cibi contritionem, vocis formationem, animalísque præsidiũ, à natura instituta. Ex Aristot. 2. de Part. Animal. cap. 4. & 5. de Generat. Animal. cap. 7.

DEPENDENTIA.

DEPENDENTIA, est relatio alicuius ordinis posterioris, ad prius. Vt, dependentia creaturæ à Deo, accidentis à subiecto. Comm.

DESCENSVS.

DESCENSVS, est vniuersalis ad

singularia sufficienter enumerata progressio. Ex Summul. Seu

Est acceptio nominis communis per ea omnia quæ actu significat. Ex iisdem.

Descensvs copulatiuus, est, qui fit per coniunctionem (&) copulatiuè acceptam, id est nectentem integras enuntiationes. Verbi grat. Omne animal, est viuens. Ergo, & omnis homo est viuens, & omne brutum est viuens.

Descensvs copulatus, est qui fit per coniunctionẽ (&) copulatim acceptam, id est nectentem multa subiecta, cum vno prædicato, in enuntiationis fine posito. Vt, omnes virtutes Cardinales sunt quatuor. Ergo Prudentia, & Iustitia, & Fortitudo, & Temperantia sunt quatuor.

Descensvs disiunctiuus, est qui fit per coniunctionem (vel) disiungentem integras enuuntiationes, toties repetendo prædicatum, quoties ponitur nouum subiectum. Vt, aliquis homo est iustus,

Ergo vel Petrus est iustus, vel Paulus est iustus.

Descensvs disiunctus, est qui fit per coniunctionem (vel) disiunctim acceptam, id est multa subiecta, cum vno tantùm prædicato iungentem. Vt, aliquis oculus est ad videndum necessarius. Ergo vel dexter, vel siniſter est necessarius.

DESIDERIVM.

Desiderivm, est actus appetitus sensitiui, in bonum absolutè spectatum adipiscendum tendentis. Ex D. Thom. 1. quæst. 20. art. 1. & 1. 2. quæst. 33. art. 2. & 41. art. 3.

DESITIO.

Desitio, est cessatio alicuius à suo esse, vel operatione.

DESPERATIO.

Desperatio, est actus appetitus, à bono adipiscendo refugientis, quod quasi impossibile propter difficultates æstimatur. Ex D. Tho. 1. 2. quæst. 4. art. 4.

DEVS.

Devs, nullum ex corporeis eſt, horum tamẽ cauſa; non eſt mens at vt ſit mens eſt cauſa; non ſpiritus, ſed cauſa, vt ſit ſpiritus; non lumen, ſed cauſa vt ſit lumen; bonum ipſum eſt, & nullum bonum niſi ipſum, reliqua ab ipſa boni natura ſeparata ſunt, ſolus Deus bonus eſt. Triſmegiſt. in Pimandro cap. 2.

Devs, gloria omnium, diuinum, diuina natura, principium vniuerſorum, Deus, mens, natura, actus, neceſſitas, finis, renouatio. Idem ibidem cap. 30.

Devs ſemper pulcherrimus, & optimus, quantum fieri poteſt, manet ſimpliciter in ſua forma. Plato de Repub. Dialog. 2.

Devs, qui bonus eſt, cauſa malorum non eſt. Idem ibidem.

Devs eſt ſimplex, & verus & in opere, & in ſermone, & neque ipſe tranſmutatur, neque alios decipit. Idem ibidem.

Devs, eſt per quem viuere, in

omnibus viuentibus contingit. Idem in Cratillo.

DEVM dicimus eſſe viuens ſempiternum, optimum. Idem ibidem.

DEVS, eſt genitor, & conſeruator omnium, quæ in hoc mundo perficiuntur, non ita tamen, vt ob id laſſus ſit, vt qui ea facultate vtatur, quæ nulli cedat difficultati. Ariſt. de Mund. cap. 7.

DEVS, ſummus eſt vigor, lex, cauſa, norma, & huius mundi ordo, éſtque intellectus verè, perfectéque primus. Them 12 Metaph.

DEVS, eſt perſpicaciſſima veritas, & veriſſima perſpicacia, ſiue perfectio, lux ipſa videns, viſus ſeipſo lucens, intellectualis perſpicaciæ, luminiſque fons, cuius lumine, & cuius lumen dumtaxat, mentis perſpicacia perſpicit, mentiſque Deus eſt efficaciſſima origo. Ficinus Platon. Theol. lib. 1. cap. 6.

DEVS, eſt ratio rationum, fons, rerúmque artifex omnium, forma

vniformis, & omniformis, substantia immobilis, omnia mouẽs, in motu status, in tempore æternitas, in loco continens, in summis profunditas, summitas in profundis, in multitudine vnitas, in debilitate potestas, natura fœcundissima naturarum, fœcunditas fœcundissima, naturalissima, æterna, viuentium, vitarum, vita, sensus sensibilium, lumẽ & sensuum perspicacia, sensus medullas sensibilium in corticibus sentiens, cortices in medullis, intelligentia, talis vt & ipsa rerum intelligendarum bonitas, sic & intellectus, cuiuslibet veritas, & gaudium voluntatis. Ricinn. Epist. lib. 2.

Deus, est actus purus omnis compositionis expers, quo nihil maius, nihil melius aut præstantius, excogitari potest. Ex D. Thom. & Theologis omnibus.

Hęc de Deo paulò copiosiùs, tum vt videas, quàm de eo magnificè senserint etiunici sapientes: tum vt per varia eius attributa, in aliqua-

lem infinitæ, & indefinibilis eius essentiæ notitiam veniamus.

DEINCEPS.

DEINCEPS, esse dicuntur ea, inter quæ nihil mediat generis eiusdem. Vt, duo digiti, index & medius. Proclus ex Arist.

DIAPHANVM.

DIAPHANVM, est quod illustratur, vel illustrari potest à lumine. Vt, aër, vitrum. Simpl. 2. de Anim. text. 65.

DIES.

DIES, est præsentia solis, supra Hemisphærium. Ex Sacrobosco in Phæra.

DIFFERENTIA.

DIFFERENTIA communis, est accidens commune, quo res aliqua, vel ab aliis, vel à seipsa diuerso tempore, locóve differt. Vt, albedo parietis & manus. Porph. in Isag. cap. de Different.

DIFFERENTIA propria, est accidens inseparabile à subiecto, per quod ab aliis differt. Vt, nigredo corui, albedo niuis. Idem ibidem.

vniformis, & omniformis, ſubſtantia immobilis, omnia mouẽs, in motu ſtatus, in tempore æternitas, in loco continens, in ſummis profunditas, ſummitas in profundis, in multitudine vnitas, in debilitate poteſtas, natura fœcundiſſima naturarum, fœcunditas fœcundiſſima, naturaliſſima, æterna, viuentium, vitarum, vita, ſenſus ſenſibilium, lumẽ & ſenſuum perſpicacia, ſenſus medullas ſenſibilium in corticibus ſentiens, corticesin medullis, intelligentia, talis vt & ipſa rerum intelligendarum bonitas, ſic & intellectus, cuiuſlibet veritas, & gaudium voluntatis. Ficinn. Epiſt. lib. 2.

Deus, eſt actus purus omnis compoſitionis expers, quo nihil maius, nihil melius aut præſtantius, excogitari poteſt. Ex D. Thom. & Theologis omnibus.

Hęc de Deo paulò copioſiùs, tum vt videas, quàm de eo magnificè ſenſerint ethnici ſapientes: tum vt per varia eius attributa, in aliqua-

lem infinitæ, & indefinibilis eius eſſentiæ notitiam veniamus.

DEINCEPS.

DEINCEPS, eſſe dicuntur ea, inter quæ nihil mediat generis eiuſdem. Vt, duo digiti, index & medius. Proclus ex Ariſt.

DIAPHANVM.

DIAPHANVM, eſt quod illuſtratur, vel illuſtrari poteſt à lumine. Vt, aër, vitrum. Simpl. 2. de Anim. text. 65.

DIES.

DIES, eſt præſentia ſolis, ſupra Hemiſphærium. Ex Sacroboſco in Phæra.

DIFFERENTIA.

DIFFERENTIA communis, eſt accidens commune, quo res aliqua, vel ab aliis, vel à ſeipſa diuerſo tempore, locóve differt. Vt, albedo parietis & manus. Porph. in Iſag. cap. de Different.

DIFFERENTIA propria, eſt accidens inſeparabile à ſubiecto, per quod ab aliis differt. Vt, nigredo corui, albedo niuis. Idem ibidem.

DIFFERENTIA propriiſſima, eſt qua vnum eſſentialiter, ab aliis ſecernitur. Vt, rationalitas reſpectu hominis. Idem ibidem.

DIFFERENTIA, vt tertium vniuerſale, ſeu ſecundò intentionaliter, eſt vnum aptum ineſſe multis per modum partis eſſentialis, determinatiuæ, & formalis. Vt, ſenſitiuum; reſpectu hominis, & bruti. Ex Ariſt. 4. Topic. cap. 3. & 10. Metaphyſ. cap. 8. Seu

Eſt vnum aptum prædicari de multis ſpecie, vel numero differentibus, in quale quid. Vt, rationale, reſpectu Petri, Pauli. Animatum, reſpectu animalis, & plantæ. Ex Porph. cap. de Differ.

DIGESTIO.

DIGESTIO in animalibus, eſt perfectio alimenti, ab anima per naturalem, & proprium calorem, quoúſque potentia, quod eſt alimentum, actu fiat. Alexand. Aphrod. 4. Meteor. cap. 3. Seu

Eſt perfectio generati, per actionem caloris naturalis in materia

conuenienti. Auerroës Meteor. 4.
Seu

Fit alimenti remoti in proximum ab anima vegetante facta conuersio. Ex iisdem, & Aristot. Meteor. cap. 3.

DISCVRSVS.

Discvrsvs Physicè, est motus localis celeriter factus à termino à quo, ad terminum ad quem. Ex Albert. Magn. in 1. Prior. cap. 1.

Discvrsvs Logicè, est progressus intellectus, ex vna cognitione in aliam. Vt, syllogismus. Ex eodem ibidem.

Discvrsvs ordinatus, seu causalis, est qui fit ex vnius notitia, ad alterum cognoscendum; propter aliquam vtriusque inter se connexionem. Vt, homo est animal, ergo viuit. Ex D. Thom. 1. part. quæst. 14. art. 4.

Discvrsvs inordinatus, seu successiuus, est series cognitionum sibi inuicem succedētium absque dependentia vnius ab alia. Vt, si cognoscas hominem esse animal,

& deinde ſolem lucere. Ex eodem ibidem.

DISPOSITIO.

Dispositio, vt habitui opponitur, eſt qualitas afficiens ſubſtantiam proximè, in ordine ad operandum, & de ſubiecto facilè mobilis. Vt, ſcientia vno, vel altero tantùm actu, comparata. Ex Ariſt. in Prædicam. & 5. Metaphyſ. cap. de Qualit.

Dispositio Phyſicè, eſt contemperatio primarum qualitatum, ad introductionem formæ ſubſtantialis in materiam, & ad illius conſeruationem neceſſaria. Vt, calor, & ſiccitas in ligno dicuntur diſpoſitio ad formam ignis introducendam. Ex eodem, & aliis Comm.

DISSIMILITVDO.

Dissimilitvdo, eſt duarum qualitatum, in ſpecie, vel gradu diuerſitas. Vt, inter albedinem & nigredinem, Ex eodem 1. Metaph. cap. 1.

DISTANTIA.

DISTANTIA, est vnius ab alio remotio, seu remota positio. Vt, qui est Romæ, distat ab eo qui est Vesuntione.

DISTINCTIO.

DISTINCTIO, est identitatis inter duo extrema negatio. Vt, inter ignem & calorem. Ex Suare disp. 7. Metaphys. sect. 1.

DISTINCTIO realis, est qua duo à parte rei non sunt idem. Vt, corpus & anima realiter distinguuntur. Et Arist. 7. Topic. c. 1. Scoto in 2. 1. quæst. 5. & aliis.

DISTINCTIO realis positiua, est quæ reperitur inter duo entia positiua, quorum vnum non est alterum. Vt, inter intellectum, & scientiam. Ex iisdem ibidem.

DISTINCTIO realis negatiua, est quæ reperitur inter ens, & non ens, vel inter duo non entia. Vt, vita, & mors; ignorantia, & tenebræ, negatiuè distinguuntur. Ex Suare cit. & aliis.

DISTINCTIO realis maior, quæ

etiam realis absolutè dicitur, est duorum, inter quæ est mutua separabilitas, quæve suppositō subiecto vel loco, distinguuntur. Sic Socrates, & Plato; pater, & filius; Deus, & creatura, realiter distinguuntur. Ex eodem ibid sect. 2.

DISTINCTIO realis minor, seu modalis, seu ex natura rei, est eorum inter quæ est non mutua separabilitas; sed est quorum vnum potest esse sine alio, non tamen contrà, hoc sine illo. Idem ibid. sect. 3. Seu.

Est, quæ inter rem, & modum eius inuenitur. Vt, digitus, & curuitas; homo, & sessio; eius partes vnitæ; & earum vnio modaliter differunt. Idem sect. 3.

DISTINCTIO rationis, est quæ fingitur in rebus per intellectum. Vt, inter animal, & rationale in homine. Ex eodem ibidem.

DISTINCTIO rationis ratiocinatæ, est quæ fit ab intellectu, cum fundamento in re. Vt, cùm in simplici entitate animæ rationa-

diſtinguit gradum vegetatiuum, ſeu ſenſitiuum, & intellectiuum: propter diuerſos effectus, quos percipit ab eadem anima produci; & hæc ante intellectum, dicitur virtualis, quia res talis eſt, vt æquiualeat diſtinctis, & præbeat intellectui diſtinctionis occaſionem. Ex eodem ſect. 1.

DISTINCTIO rationis ratiocinantis, eſt quæ fit ab intellectu, pro ſolo arbitrio, & ſine fundamento. Vt, fit in enuntiationibus identicis. Verbi gratia, Petrus eſt Petrus, cùm fingit diſtictionem inter Petrum ſubiectum, & Petrum prædicatum. Ex eodem ibidem.

DISTINGVI eſſentia, dicuntur ea, quæ diuerſas habent entitates, & diuerſas numero eſſentias. Vt, Socrates, & Plato. Ex D. Thom. 1. Part. quæſt. 47. art. 2.

DISTINGVI eſſentialiter, dicuntur ea quæ diuerſas habent definitiones. Vt, homo, & equus. Ex eodem ibidem.

DISTINGVI formaliter, variè di-

citur: formaliter enim interdum opponitur materialiter, sic ignis & aqua, formaliter distinguuntur, non materialiter, quia vtriusque est eadem materia. Interdum opponitur fundamentaliter, sic vniuersalia dicuntur esse fundamentaliter in rebus, formaliter in intellectu obiectiuè. Interdum opponitur realiter, sic in hominc, animal, & rationale formaliter, non realiter distinguuntur. Vno verbo, quæcumque diuersas habent formas, aut rationes formales, vel modos, seu diuersis conceptibus concipiuntur, formaliter distingui dicuntur. Opponitur etiam eminenter. de quo vide verbum CONTINERE.

DISTINCTIO includentis, & inclusi, est inter ea, quorum vnum continet, & includit aliud. Vt, inter Petrum, & animum eius; inter animal, & sensitiuum. Ex Suar citat.

DIVERSA.

PRIMÒ DIVERSA, dicuntur ei

quæ in nullo superiori, vniuocè conueniunt. Vt, sunt suprema genera; verbi gratia, substantia, & quantitas: & vltimæ differentiæ, vt rationalitas, & irrationalitas. Ex Arist. 5. Metaph. cap. 9.

DIVERSA, seu differentia, solo numero, dicuntur quæ sub eadem specie diuersas habent entitates. Vt, Ioannes & Paulus. Ex eodem ibidem. Et D. Thom. 1. parte, quæst. 47. art. 2.

DIVERSA, seu differentia specie, dicuntur ea, quæ sub eodem genere diuersas habent essentiales definitiones. Vt, homo, & brutum. Ex iisdem ibidem.

DIVERSA, seu differentia genere, dicuntur ea, quæ in diuersis prædicamentis collocantur. Vt, lapis, & virtus. Ex iisdem ibidem.

DIVISIO.

DIVISIO, est alicuius totius in suas partes sectio. Vt, si homo, in corpus & animam diuidatur. Ex Arist. 5. Metaph. cap. 7. & 11. Met. cap 7. & Physic. 6. cap. 1.

DIVISIO nominis, est oratio, qua aliquod nomen ambiguum, in sua significata distribuitur. Vt, canum alius est cœlestis, alius terrestris, alius marinus. Ex eod. 2. Topic. cap. 2.

DIVISIO rei, est oratio, qua totum aliquod, in suas partes distribuitur. Vt, animalis pars altera est viuens, altera sensitiuum. Ex eodem iisdem Metaphys. & Physic. locis.

DIVISIO totius essentialis, est oratio, qua totum essentiale, in suas partes essentiales, seu Physicas seu Metaphysicas, resolnitur. Vt, hominis partes Physicæ sunt, altera corpus, altera anima; Metaphysicæ, altera animal, altera rationale. Ex eodem ibidem, & D. Thom. 3 Metaphys. lect. 3.

DIVISIONVM porro tot sunt species, quot totorum. de quibus vide verbo TOTVM

DOCILITAS.

DOCILITAS, est habitus, quo quis promptus redditur ad au-

diendas aliorum ſententias. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 48.

DOLOR.

Dolor latè, eſt inſuauis, & iniucundus ſenſus, quem ſecum affert vitalis operatio circa obiectum moleſtum. Ex Ariſt. 3. Rhet. cap. 12. Et D. Thom. 1. 2. quæſt. 35. art. 1.

Dolor ſtrictè, eſt actus appetitus malum præſens cum inquietudine deteſtantis. Ex eodem D. Thom. ibid. & 3. quæſt. 84. art. 8. & 9. & 85. art. 1.

Dolor interior, eſt qui ſequitur ad ſolam apprehenſionem imaginationis. Ex eodem ibidem.

Dolor exterior, eſt qui non ſolùm imaginationem, ſed etiam apprehenſionem, alicuius ſenſus externi conſequitur. Ex eodem ibid.

DOLVS.

Dolvs, eſt aſtutiæ executio, ſiue verbis, ſiue factis. Ex eodem 2. 2. quæſt. 55. art. 4. & 111. art. 3.

DVBIVM.

Dvbivm, eſt actus intellectus

iudicantis, neutram partem contradictionis satis esse manifestam, & neutri, præ altera esse assentiendum. Vt, sintne plures cœli, vel vnum tantùm. Ex Arist 2. Elench. cap. 7. & 1. de Cœlo, cap. 10. Et D. Tho. 1. quæst. 184. art. 1. & quæst. 3. art. 1.

DVRATIO.

Dvratio extrinseca, est motus ille primi mobilis, quo regulantur durationes intrinsecæ. Ex eodem 1. part. quæst. 10. art. 4.

Dvratio intrinseca, est permanentia rei in suo esse. Seu est perseuerans existentia. Ex Scoto in 2. dist. 2. quæst. 1.

Dvratio imaginaria, est quidam fluxus, quem nobis imaginamur, ab æterno perseuerare. Ex iisdem.

EBRIETAS.

Ebrietas, est excessus in potando, voluptatis causa, vsque

ad violentam vſus rationis priuationem. Vel

Eſt violenta vſus rationis interceptio per nimium potum, cauſa voluptatis aſſumptum. Ex D. Tho. 2. 2. quæſt. 150. art. 1.

ECHO.

Echo, eſt reflexio ſoni propter ſpeciem eius, in corpus ſolidum & concauum inſilientem, ab eóque repercuſſam. Ex Alex. Aphrod. 2. Anim. cap. 5. Et Euſtratio in 2. Poſterior.

ECLIPSIS.

Eclipsis, eſt luminis ſolaris, lunariſve, ad breue aliquod tempus, defectio. Ex Proclo, & Sacroboſco in Sphæra.

Eclipsis Solis, eſt defectus luminis ſolaris, propter interpoſitionem Lunæ inter Solem ipſum, & terram. Ex iiſdem.

Eclipsis Lunæ, eſt defectus lunaris luminis, propter interpoſitionem terræ inter Lunam ipſam, & Solem. Ex iiſdem.

Ecliptica, eſt linea in Zodia-

eo media, per quam cùm curſum ſuum, pariter Sol, & Luna conficiunt, alterius eorum neceſſe eſt venire defectum; Solis ſi ei tunc Luna ſuccedat; Lunæ ſi tunc aduerſa ſit Soli. Ex iiſdem.

ECNEFIAS.

Ecnefias, eſt ſpiritus ex nube per vim ſegregatus, & vehementer deorſum lapſus. Alexand. Aphrod. in 8. Meteor. c. 1. Seu.

Eſt ſpiratio denſa, & ſtipata, in nube per antiperiſtaſim accenſa, ex eáque deorſum magno impetu erumpens. Ex Ariſtot. 3. Meteor. cap. 1.

EDVCI DE POTENTIA.

Edvci de potentia, eſt fieri in actu, quod priùs erat in potentia, & dependet à materia, & fit per agẽs naturale. Sic forma ignis dicitur educi de potentia materiæ, ab agente per generationem. Ex D. Thom. 1. quæſt. 90. 2. ad 2.

EDVCTIO.

Edvctio, eſt productio formæ de potentia materiæ, ab agente

naturali Ex eodem ibidem.

EFFECTVS.

Effectvs latè, eſt quod à ſua cauſa, per eius cauſalitatem procedit. Vt, compoſitum Phyſicum eſt effectus materiæ, formæ, finis, & efficientis. Ex Ariſtot. 2. Poſt. cap. 11.

Effectvs effectiuus, eſt qui ab agente, media actione producitur Vt, calor ab igne, per calefactionem. Ex eodem, & aliis.

Effectvs formalis, eſt communicatio formæ, ſubiecto intrinſecam denominationem tribuentis. Seu

Eſt forma coniuncta ſubiecto, illúdque intrinſecè denominans. Vt, calidum eſt formalis effectus caloris.

Effectvs per ſe, eſt qui à natura cauſíſve naturalibus per ſe intenditur. Vt, lumen reſpectu ſolis. Ex Ariſt. 2. Phyſic. cap. 5.

Effectvs per accidens, eſt qui eſt coniunctus cum effectu per ſe, alicuius cauſæ per ſe. Vt, inuentio

thesauri, cum fossione terræ. Ex eodem ibidem.

ELECTIO.

Electio nihil est aliud, quàm eorum quæ in nobis sunt consultatiua appetitio. Aristot. 3. Ethic. cap. 3.

Electio est actus, quo fertur voluntas in amplectendum medium, quod ab intellectu iudicatur, ad finis consequutionem idoneum. Ex Arist. ibidem. Et D. Thom. 1. quæst. 82. art. 1. 2. 2. quæst. 24. art. 1. & alibi.

ELEMENTVM.

Elementvm, est illud corporeum, in quod alia corpora diuiduntur, quod inest potentia, aut actu: ipsum autem est indiuisibile in specie diuersa. Arist. 3. de Cœlo, text. 34.

ELENCHVS.

Elenchvs, est syllogismus, in quo infertur concessæ cõclusioni cõtradictoria: ita vt qui eam concessit, etiam eius contradictoriam cogatur admittere. Vt, si probaue-

ris animal esse genus, quia est prædicabile de multis specie differentibus in quid, & concessa tua conclusione sic extruas elenchum.

Nullum animal est genus

Sed ex concessis animal est genus.

Ergo est genus, & non est genus. Ex Arist. in Elenchis. Aphrod. Alberto Magno ibidem.

EMANATIO.

Emanatio accidentis, est naturalis resultantia accidentis à subiecto, cui debetur connaturaliter, tanquam eius proprietas, aut modus. Vt, productio intellectus, & voluntatis, in anima; frigoris in aqua. Ex D. Thom. Opuscul. 9. quæst. 4. & omnibus.

ENCOMIVM.

Encomivm, est oratio facta cuiuscumque singularia exponens. Aristot. Moral. Eudemior. cap. 1.

ENERGIA.

Energia, est naturalis omnis substantiæ innatus motus: vel

Est virtus naturalis manifesta-

tiua vniuſcuiuſque ſubſtantiæ. Ex Alberto Magno in 1. Priorum, tractatu 1. cap. 4.

ENS.

Ens, eſt quod habet, vel habere poteſt actualem exiſtentiam. Vt, lapis, & roſa. Ex Ariſtotele ſecundo Metaphyſicæ, cap. 7. & 4. Metaphyſ. cap. 2. & ſequentibus.

Ens per ſe, eſt quod habet vnam tantùm eſſentiam. Vt, Deus, homo. Ex eodem 4. Metaph. cap. 7.

Ens per accidens, eſt quod conſtat ex pluribus entibus in actu, aut ex rebus diuerſorum prædicamentorum, vel eiuſdem prædicamenti, inter ſe naturaliter non ordinatis. Vt, cumulus lapidum, album, Philoſophus. Ex eodem ibidem.

Ens per accidens ordinatum, eſt quod conſtat ex pluribus entibus in actu, aliquem inter ſe ordinem ab arte, vel hominum induſtria habentibus. Vt, domus, reſpublica.

Ens per accidens aggregatum, eſt plurium rerum in vnum for-

tuita, aut temeraria congeſtio. Vt, aceruus tritici.

ENS actuale, ſeu ens in actu, eſt quod reipſa exiſtit, aut aliam perfectionem habet. Vt, cœlum. ex Ariſt. 13. Metaphyſ. cap. 3.

ENS potentiale, ſeu in potentia, eſt quod non habet, ſed habere poteſt exiſtentiam, aliámve perfectionem. Vt, roſa hyeme eſt in potentia ad exiſtentiam quam habitura eſt æſtate; & aqua frigida, eſt in potentia ad calorem. ex eodem ibidem, & 14. cap. 2.

ENS naturale, eſt quod conſtat materia & forma ſubſtantiali, idéque eſt quód corpus naturale. Vt, aër, ex eodem 1. Phyſic. cap. 1.

ENS ſecundùm naturam latè, eſt omne ens reale, Phyſicum, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens. Vt, lapis, albedo. ex eodem ibidem.

ENS ſecundùm naturam propriè, eſt omne accidens Phyſicum, quod enti naturali aptum eſt inhærere. Vt, quantitas, primæ qualitates, &c. ex eodem ibidem.

tiua vniuſcuiuſque ſubſtantiæ. EX Alberto Magno in 1. Priorum, tractatu 1. cap. 4.

ENS.

ENS, eſt quod habet, vel habere poteſt actualem exiſtentiam. Vt, lapis, & roſa. EX Ariſtotele ſecundo Metaphyſicæ, cap. 7. & 4. Metaphyſ. cap. 2. & ſequentibus.

ENS per ſe, eſt quod habet vnam tantùm eſſentiam. Vt, Deus, homo. EX eodem 4. Metaph. cap. 7.

ENS per accidens, eſt quod conſtat ex pluribus entibus in actu, aut ex rebus diuerſorum prædicamentorum, vel eiuſdem prędicamenti, inter ſe naturaliter non ordinatis. Vt, cumulus lapidum, album, Philoſophus. EX eodem ibidem.

ENS per accidens ordinatum, eſt quod conſtat ex pluribus entibus in actu, aliquem inter ſe ordinem ab arte, vel hominum induſtria habentibus. Vt, domus, reſpublica.

ENS per accidens aggregatum, eſt plurium rerum in vnum for-

tuita, aut temeraria congeſtio. Vt, aceruus tritici.

ENS actuale, ſeu ens in actu, eſt quod reipſa exiſtit, aut aliam perfectionem habet. Vt, cœlum. ex Ariſt. 13. Metaphyſ. cap. 3.

ENS potentiale, ſeu in potentia, eſt quod non habet, ſed habere poteſt exiſtentiam, aliámve perfectionem. Vt, roſa hyeme eſt in potentia ad exiſtentiam quam habitura eſt æſtate; & aqua frigida, eſt in potentia ad calorem. ex eodem ibidem, & 14. cap. 2.

ENS naturale, eſt quod conſtat materia & forma ſubſtantiali, idéque eſt quód corpus naturale. Vt, aër, ex eodem 1. Phyſic. cap. 1.

ENS ſecundùm naturam latè, eſt omne ens reale, Phyſicum, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens. Vt, lapis, albedo. ex eodem ibidem.

ENS ſecundùm naturam propriè, eſt omne accidens Phyſicum, quod enti naturali aptum eſt inhærere. Vt, quantitas, primæ qualitates, &c. ex eodem ibidem.

ENS completum, eſt cui nihil deeſt ſibi debitæ perfectionis. Vt, homo. Ex eodem 7. Metaphyſic. cap. 1.

ENS incompletum, eſt quod ad entis completi conſtitutionem, à natura ordinatum eſt. Vt, anima rationalis, ad complementum hominis. Ex eodem ibidem.

ENS rationis ſubiectiuè, dicitur quidquid in intellectu, tanquam in proprio ſubiecto recipitur. Vt, ſpecies intelligibilis, habitus intellectuales. Ita

ENS rationis effectiuè, dicitur quidquid ab intellectu, tanquam ab efficiente cauſa producitur. Vt, operationes mentis, conceptu formales. Et hæc duo entia rationis impropriè dicuntur, nec niſi cum adiecto, ſubiectiuè vel effectiuè; verè enim ſunt realia. Ita omnes paſſim.

ENS rationis propriè, eſt non ens apprehenſum per modum entis, habénſq; tantùm eſſe obiectiuè in intellectu. Vt, genus, chimæra. Ex

Ariſt.

Ariſt. 1. Metaph. cap. 1. & 5. Met. cap. 1. & D. Thom. ibid.

ENS rationis Logicum, eſt quod fingitur ab intellectu, propter aliquod fundamentum in re. Vt, natura humana concepta per modum vnius; propter ſimilitudinem naturarum ſingularium.

ENS rationis chimæricum, ſeu merè fictitium, eſt quod ab intellectu vel phantaſia gratis, & abſque vllo fundamento confingitur. Vt, minotaurus.

ENS rationis negatiuum, eſt quod fingitur per modum ſubſtantiæ, quam exiſtere planè contradictorium eſt. Vt, chimæra, hircoceruus.

ENS rationis priuatiuum, eſt omnis priuatio concepta per modum formæ poſitiuæ ſubiecto inhærentis. Vt, tenebræ per modum nigredinis in aëre.

ENVNTIATIO.

ENVNTIATIO, eſt oratio affirmatiua, vel negatiua, alicuius de aliquo. Ex Ariſt. 1. Pri. cap. 1. vel

ENVNTIATIO, eſt oratio quæ verum, vel falſum ſignificat. Vt, homo eſt animal, lapis non eſt corpus. Ex Ariſt. 1. de Interpretatione, cap. 2.

ENVNTIATIO mentalis, eſt ea quæ intellectu concipitur.

ENVNTIATIO vocalis, eſt quæ ore profertur.

ENVNTIATIO ſcripta, eſt quæ literis exarata, in ſcriptis habetur.

ENVNTIATIO ſimplex, eſt qua vnum de vno prædicamus, ſiue illud vnum ſit ſimplex, ſiue complexum. Vt, virtus eſt laudabilis, Cicero eſt Orator, & Conſul. Ex Ariſt. 1. de Interpretat. cap. 5.

ENVNTIATIO coniuncta, eſt quæ ex pluribus ſimplicibus aliqua coniunctione nexis, exurgit. Vt, ſi ſol lucet, dies eſt. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIO conditionalis, ſeu hypothetica, eſt cui præponitur particula (ſi.) Vt, ſi ſol occubuit, nox eſt. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIO copulatiua, eſt

quæ nectitur per coniunctionem (&) aut similem copulatiuam. Vt, Aristoteles est Philosophus, & Alexander dux strenuus. Ex Interpretibus ibidem.

ENVNTIATIO disiunctiua, est quæ nectitur per coniunctionem (vel) aut similem, disiunctiuam. Vt, vel dies est, vel nox est. Ex iisdem ibidem.

ENVNTIATIO absoluta, seu de ineſſe, est qua aliquid ineſſe, vel non ineſſe, alteri absolutè pronuntiatur. Vt, Socrates est homo; color non est substantia. Ex Arist. ibidem, cap. 11.

ENVNTIATIO modalis, est qua modum exprimit, quo prædicatū subiecto ineſt, vel non ineſt. Vt, animal est necessariò sensitiuum. Paries est contingenter albus. Cœlum animatum esse est impossibile. Ex eodem, cap. 14.

ENVNTIATIO affirmatiua, est qua aliquid ineſſe alteri prædicamus. ex eodem ibidem. cap. 6.

ENVNTIATIO negatiua, est qua

aliquid ab aliquo remouemus. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIO vera, est quæ enuntiat id esse, quod est; vel id non esse, quod non est.

ENVNTIATIO falsa, est quæ enuntiat id esse, quod non est; vel id non esse, quod est.

ENVNTIATIO necessaria, est quæ ita vera est, vt falsa esse non possit. Seu

Cuius prædicatum non potest non conuenire subiecto. Vt, virtus est qualitas. Ex eodem ibidem cap. 14.

ENVNTIATIO contingens, est quæ ita vera est, vt falsa esse queat. Seu

Cuius prædicatum potest conuenire, & non conuenire subiecto. Vt, Plato est Philosophus. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIO impossibilis est quæ ita falsa est, vt vera esse nequeat. Seu

Cuius prædicatum subiecto conuenire non potest. Vt, cœlum est

animal. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIO de ſecundo adiacente, eſt in qua verbum fungitur vice copulæ, & prædicati. Vt, Deus eſt, Petrus legit. Ex eodem ibidem cap. 12.

ENVNTIATIO de tertio adiacente, eſt in qua verbum habet tantùm vim copulæ, prędicatum cum ſubiecto connectentis. Vt, vitium eſt fugiendum. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIO vniuerſalis, eſt cuius ſubiecto præfigitur ſignum vniuerſale. Vt, omne corpus eſt ſubſtantia: nulla ſcientia eſt vituperabilis. Ex eodem 1. Priorum, cap: 2. & 3.

ENVNTIATIO particularis, eſt cuius ſubiectum particulari notatur ſigno. Vt, quoddam animal eſt bipes: aliqua largitio non eſt virtus. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIO indefinita, eſt cuius ſubiectum eſt terminus communis, ſignóque nullo notatur. Vt, qualitas eſt accidens.

ENVNTIATIO ſingularis, eſt cuius ſubiectum pro vna tantùm re ſingulari, & determinata ſumitur. Vt, Socrates eſt ſapiens.

ENVNTIATIO de ſimplici extremo, eſt cuius Categoremata ſunt ſimplices termini. Vt, nix eſt candida. Ex eodem, cap. 14.

ENVNTIATIO de coniuncto extremo, eſt cuius alterum, vel vtrumque Categorema ex pluribus terminis coaleſcit. Vt, Ariſtides eſt Philoſophus, & vir bonus. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIO finita, eſt cuius tam prædicatum quàm ſubiectum ſunt termini finiti. Vt, ſuprà factæ omnes. Ex eodem ibidem, cap. 11. & 12.

ENVNTIATIO infinita, eſt cuius prædicatum, vel ſubiectum eſt terminus infinitus. Vt, lapis, eſt non homo. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIONIS materia, eſt habitudo ſubiecti ad prædicatum, ſecundùm quam dicitur neceſſaria, contingens, vel impoſſibilis.

Ex eodem 1. Prior. passim.

ENVNTIATIONIS quantitas, est vnitas, vel extensio earum rerum, pro quibus subiectum sub prædicato accipitur, secundùm quam dicitur vniuersalis, particularis, indefinita, vel singularis. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIONIS qualitas, essentialis, est affirmatio, & negatio; accidentalis, veritas, & falsitas. Ex eodem 1. de Interpretat. cap. 6.

ENVNTIATIONVM oppositio, est duarum enuntiationum, eodem prædicato, subiectóque constantium secundùm quantitatem, vel qualitatem essentialem repugnantia. Ex eodem 2. de Interpret. cap. vltimo.

ENVNTIATIONIS contrariæ, sunt duæ vniuersales, eodem prædicato, subiectóque constantes, quarum na affirmat, altera negat. Vt, omnis scientia est habitus, nulla scientia est habitus. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIONIS subcontrariæ,

sunt duæ particulares, quæ secundùm affirmationem, & negationem repugnãt. Vt, quidam homo est iustus, quidam homo non est iustus. Ex eodem ibidem.

ENVNTIATIONES contradictoriæ, sunt vniuersalis, & particularis, vel duæ singulares, quarum vna affirmat, altera negat. Vt, omne album est dulce, quoddam album non est dulce: Plato est Orator, Plato non est Orator. Ex eodem ibidem, & 1. cap. 6.

ENVNTIATIONES subalternæ, sunt vniuersalis, & particularis, sub ea contenta, quæ secundùm quantitatem tantùm pugnant. Vt, omnis Philosophus est sapiens, quidam Philosophus est sapiens. Quòd si oppositionis species in abstracto definire velis, dic

ENVNTIATIONVM oppositio contraria, est duarum vniuersalium quæ eodem prædicato, & subiecto constant, secundùm affirmationem repugnantia.

Subcontraria, est repugnantia

duarum particularium, quarum altera affirmat, altera negat.

Contradictoria, est vniuersalis, & particularis, vel duarum singularium, secundùm affirmationem, & negationem repugnantia.

Subalterna, est vniuersalis, quæ subalternans, & particularis sub ea contentæ, quæ subalternata dicitur, secundùm quantitatem tantùm, discrepantia.

ENVNTIATIONVM æquipollentia, est duarum enuntiationum, quæ eodem prædicato, & subiecto constant, vna tamen, vel altera negatione differunt, æquiualentia. Vt, nullus homo non est animal, æquiualet huic, omnis homo est animal. Ex Summulistis.

ENVNTIATIONIS conuersio. Vide CONVERSIO.

ENVNTIATIO exponibilis, est quæ propter aliquam sui obscuritatem expositione indiget. Vt, sunt exclusiua, exceptiua, & reduplicatiua. Ex iisdem.

ENVNTIATIO exclusiua, est in

qua ponitur dictio excludens (tantùm) vel ſimilis. Vt, ſenſus externi ſunt tantùm quinque. Ex iiſdem.

ENVNTIATIO excluſiua prædicati, eſt quæ alia prædicata remouet à conſortio ſubiecti. Vt, prædicamenta ſunt tantùm decem, id eſt non plura, aut pauciora, non quinque, ſex, duodecim, &c. Ex iiſdem.

ENVNTIATIO excluſiua ſubiecti, eſt quæ remouet alia ſubiecta à participatione prædicati. Vt, tantùm homo eſt rationis particeps, id eſt, homo eſt rationis particeps, & nihil eſt rationis particeps, quod non ſit homo. Ex iiſdem.

ENVNTIATIO exceptiua, eſt quæ conſtat dictione excipiente (præter) aut ſimili. Vt, omne viuens præter plantam ſentit. Ex iiſdem.

ENVNTIATIO reduplicatiua, eſt quæ conſtat dictione geminante (quatenus,) aut eiuſdem ſignificationis alia; éſtque triplex, condi-

tionalis, ſpecificatiua, & reduplicatiua. Ex iiſdem.

Conditionalis, eſt in qua dictio geminans indicat, in ſubiecto conditionem, ſine qua non conueniret illi prædicatum. Vt, ignis, quatenus propè eſt calefacit; propinquitas enim non eſt calefaciendi cauſa, ſed tantùm conditio. Ex iiſdem.

Specificatiua, eſt in qua geminans particula ſubiecto ineſſe rationem aliquam indicat, cur illi prædicatum conueniat. Vt, homo, quatenus homo, eſt ſpecies, id eſt, eſt in homine aliqua ratio, cur illi conueniat eſſe ſpeciem, ſcilicet natura humana, concepta per modum totius eſſentiæ.

Reduplicatiua, eſt in qua per geminantem particulam deſignatur in ſubiecto formalis ratio ſeu cauſa adæquata, propter quam de eo dicatur prædicatum. Vt, homo, quatenus homo, eſt diſcurſiuus; nam adæquata cauſa diſcurſus, eſt rationalitas, quæ conſtituit homi-

nem, vt homo est. Ex iisdem.

ENTELECHIA.

ENTELECHIA, est peculiare Aristotelis inuentoris nomen, & significat formam, quæ est actu, & secundùm hoc est vnius finis acceptio, vel receptio vnius essentiæ perfectæ, vel interni finis cõtinuatio, id est habitus, iuxta absolutum finem. Ita Simplicius in secundo Physicorum textu decimo tertio. Clariùs sic.

ENTELECHIA, est forma, seu actus quicumque, siue substantialis, siue accidentalis, quatenus operationem aliquam in corpore exercere potest. Ex Alberto Magno de causis, & proces. vniuersalium.

ENTHYMEMA.

ENTHYMEMA, est syllogismus imperfectus, ex verisimilibus, & signis. Vt, hæc mulier est huius hominis mater.

Ergo eum diligit. Aristoteles 2. Priorum, cap. 27. Seu

ENTHYMEMA est argumenta-

tio, in qua ex vna tantùm propositione, subintellecta altera, infertur festinata conclusio. Vt, homo est animal:

Ergo sentit.

ERROR.

Error, est deceptio intellectus, vel sensus, circa obiectũ aliquod, Vt, qui iudicaret, hominem non esse discursiuum, vel solem terra minorem. Ex Arist. 2. cap. 10.

ERVBESCENTIA.

Ervbescentia, est timor perdendi bonam existimationem, propter opus turpe perpetrãdum. Vt, qui timet dedecus, si furtum faciat. Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 41. art. 4. & 2. 2. quæst. 75. art. 1.

ESSENTIA.

Essentia, est id quod primò in re concipitur, sine quo res esse non potest, éstque fundamentum, & causa cæterorum, quæ sunt in eadem re Vt, animal rationale est hominis essentia. Ex D. Thom. de ente & essentia, cap. 1. & 7.

Metaphyſic. lect. 5.

ETESIÆ.

ETESIÆ, ſunt venti anniuerſarij, qui poſt vtrumque ſolſtitium, die quidem flant; ſed nocte ceſſant. Ex Ariſtot. 2. Meteor. cap. 2.

ETHICA.

ETHICA, eſt ſcientia, quæ circa voluntatis actiones, morali bonitate informandas occupatur.

EVBVLIA.

EVBVLIA, eſt habitus, qui præbet facultatem rectè conſultandi, id eſt inueniendi conſilium, in rebus ambiguis, & perplexis. Ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 57. art. 6. & 2. 2. quæſt. 48.

EVIDENTIA.

EVIDENTIA, eſt claritas, ſeu perſpicuitas, qua intellectus ita obiectum percipit, ac ſi videret. Vt, dum cognoſcit hominem eſſe rationalem. Ex eodem de Veritate quæſt. 14. art. 9.

EVTRAPELIA.

EVTRAPELIA, eſt virtus quæ nos decorè facit vti iocis, & ludicris,

quæ animi cauſa aſſumuntur: vt & in illis modum ſeruemus, nec ab illis nimis abhorreamus. Ex eodem 1. 2. quæſt. 60. art. 5. & 2. 2. quæſt. 27. art. 2.

EVTRAPELIA, eſt virtus quæ ludis, & iocis rationis modum imponit. Ex eodem ibidem.

EXEMPLAR.

EXEMPLAR externum, eſt res quam ſibi proponit artifex, vt eius ſimilitudinem exprimat, vel eam imitetur. Vt, imago ab Appelle picta, eſt exemplar tyronis. Ex eodem de Ver. quæſt. 8. art. 18.

EXEMPLAR internum, eſt intellectualis forma, quam imitatur effectus ex intentione agentis determinantis ſibi finem. Vt, idea domus faciendæ in mente Architecti. Ex eodem ibidem.

EXEMPLVM

EXEMPLVM, eſt ab vno ſingulari ad aliud propter aliquam ſimilitudinem progreſſio. Vt, Dauid pœnitens misericordiam conſecutus, ergo & omnis pœnitens.

EXISTENTIA.

EXISTENTIA actualis, eſt actus per quem eſſentia conſtituitur in ratione actualis entis, & dicitur poſita extra ſuas cauſas, ſi cauſas habeat. Vt, Petrus quamdiu eſt in rerum natura, exiſtere dicitur.

EXISTENTIA potentialis, eſt quam res habere dicitur in ſuis cauſis, quatenus poteſt ab illis produci, & poni in rerum natura: ſic fructus autumno futuri habent hyeme exiſtentiam potentialem.

EXISTENTIA obiectiua, eſt quam res habet in intellectu, dum ei obiicitur conſideranda. Vt, ſanitas quam ægrotus ſibi proponit recuperandam, exiſtit obiectiuè in intellectu.

EXPERIENTIA.

EXPERIENTIA, eſt habitus ex pluribus cognitionibus ſingularium, quæ eodem modo contigerunt, memoria comprehenſis genitus. Vt, qui nouit Rubarbarum in hoc, & illo purgaſſe cholerain, experientiam habet. Ex Ariſt. 1. Meta-

Metaphysic. cap. 1. Et D. Thom. ibidem lect. 1. & 2. Post. lect. vltima.

EXTREMVM.

Vide MAIVS EXTREMVM.

EXTREMA relationis. Vide RELATIO.

EXHALATIO.

EXHALATIO, est halitus siccus, & calidus, è terra vi caloris eductus. Ex Arist. 1. Meteor. cap. 4.

FABVLA.

FABVLA, est sermo falsus, per quem veritas aliqua exprimitur. Ex Arist. de Poëtica, cap. 6.

FACTIO.

FACTIO latè, est operatio transiens in exteriorem materiam.

FACTIO presse, seu moralis, est operatio, quæ ex deliberatione, & rectione rationis fit, tendens ad opus vtile homini, seu ad bonum naturale. Vt, lectio libri vtilis, aut pij.

FALLACIA.

FALLACIA, est argumentatio captiosa, quæ propter apparentem bonitatem, & eius defectum est instrumentum ad decipiendum respondentem, non bene peritum artis sophisticæ. Seu

FALLACIA, est deceptio proueniens, ex eo quòd aliquis discursus videtur probare cõclusionem, vel contradictionem, propter apparẽtem bonitatem; quam tamen propter eius bonitatis defectum non probat. Ex Arist. in Elenc. Et D. Thom. Opuscul. de Syllogis. Sophistic.

FALLACIA in dictione, est quæ habet causam apparentiæ ratione dictionis, seu orationis multiplicis. Ex iisdem ibidem.

FALLACIA extra dictionem, est quæ causam apparentiæ sortitur ex parte rerum, per dictiones significatarum. Ex iisdem ibidem.

FALLACIA æquiuocationis, e[st] deceptiua argumẽtatio, ca[usa]ueniens, quòd aliqua dictio ma[-]

hens vna ſecundùm ſubſtantiam, & modum proferendi, diuerſa ſignifica. Vt,

Quidquid currit habet pedes.
Sed fluuius currit.
Ergo fluuius habet pedes. Ex iiſdem ibidem.

FALLÀCIA amphiboliæ, eſt fallax argumentatio ex oratione orta, quæ ſecundùm ſubſtantiam, & proferendi modum eàdem, plura, & diuerſa ſignificat. Vt, littus arare ſignificat terram aratro proſcindere, & operam perdere. Ex iiſdem ibidem.

FALLACIA compoſitionis, eſt deceptio, ex eo proueniens, quòd oratio in ſenſu compoſito vera videatur, cùm tamen in eo falſa ſit. Ex iiſdem ibidem.

FALLACIA diuiſionis, eſt cùm oratio in ſenſu diuiſio accipitur, cùm in ſenſu compoſito ſumenda ſit. Ex iiſdem ibidem.

FALLACIA accentus, eſt idoneitas decipiendi, proueniens ex multiplicitate dictionis diuerſa ſignifi-

cantis, eiuſdem tamen ſecundùm ſyllabam; ſed ſecundùm modum proferendi diuerſæ. Vt, lépores, & lepóres: me|tuo, & metuo; vt populus prima breui, vel longa. Ex eodem ibidem.

FALLACIA figuræ dictionis, eſt deceptio prouéniens ex ſimilitudine dictionum penes finalem terminationem. Vt, rex & lex videntur eſſe eiuſdem generis, quia eodem modo terminantur, ex iiſdem ibidem.

FALLACIA accidentis, eſt argumentatio captioſa, qua perperam infertur aliquid alicui conuenire, quia conuenit eius accidenti. Verbi gratia, animal eſt aſinus, homo eſt animal; ergo homo eſt aſinus. Accidẽtis nomine, hîc intelligitur omne prædicatum, ſiue ſubſtãtiale, ſiue accidentale, quod eſt partim idem cum ſubiecto, partim ab eo diuerſum, ſeu quod latiùs patet ſubiecto, potéſtq; alii attribui. Vt, animal reſpectu hominis eſt accidens, quia licèt de homine

essentialiter dicatur, est tamen ab eo partim diuersum, quatenus inest bruto, & de bruto dicitur. Ex iisdem ibidem.

FALLACIA secundùm quid, & simpliciter, est idoneitas decipiendi, proueniens ex apparenti cõuenientia dicti secundùm quid, ad dictum simpliciter. Vt,

Æthiops est albus secundùm dentes.

Ergo est albus. Ex iisdem ibidem.

FALLACIA petitionis principij, est deceptio proueniens, ex eo quòd aliquis videtur probare conclusionẽ, propter diuersitatem antecedentis à consequente, quam tamen non probat, propter eorum identitatem. Vt, gladius secat.

Sed ensis est gladius.

Ergo, ensis secat.

Petitur principium, quia ensis, & gladius sunt idem, quæ tamen sumuntur diuersa: vnde petere principium, est aliquid probare per seipsum; seu idem per idem;

siue eodem termino, siue diuerso efferatur, vel certè obscurum per obscurius, ignotum per æquè ignotum, aut ignotius. ex iisdem.

Fallacia consequentis, est argumentatio sophistica, sumpta ex apparenti conuertibilitate consequentis cum antecedente, cùm tamen verè conuerti non possint. Antecedens hîc dicitur id, quo posito aliud necessariò sequitur, quod propterea consequens appellatur. Vt, homo est antecedens animalis, animal verò consequens hominis: in hoc igitur modo extruuntur fallaciæ, vel cùm ex destructione antecedentis infertur consequentis destructio, quia ex illius positione, huius quoque positio intelligitur. Verbi gratia, est homo, ergo animal, si igitur non est homo, nec animal; neganda est consequentia, homo enim & animal, non sunt conuersibiles termini. ex iisdem

Fallacia secundùm non causam vt causam, est argumentatio

ſophiſtica, proueniens ex eo quòd ex falſitate concluſionis infertur falſitas orationis, nihil facientis ad illationem concluſionis, quæ tamen apparet aliquid facere. Vt, omne contrarium corruptioni eſt generatio; ſed vita eſt contraria corruptioni, & vita & anima ſunt idem, ergo vita eſt generatio; concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum, & non alia niſi iſta, anima, & vita ſunt idem. Reſpondeo non hanc eſſe falſam, ſcilicet anima, & vita ſunt idem; ſed hanc, vita eſt contraria corruptioni, quæ tamen ſumebatur vt cauſa concluſionis. xx iiſdem ibidem.

FALLACIA plurium interrogationum vt vnius, eſt argumentatio captioſa, in qua ex vna reſponſione ad plures diuerſas, vel oppoſitas interrogationes data, colligitur aliquid abſurdũ. Verbi gratia, ſophiſta quęrat, eſtne Alexander homo, Bucephalus verò non, & reſpondens dicat, Ita; ſophiſta inferret, ergo Bucephalus eſt homo.

Alexander minimè; si neget convincetur falsitatis. Ex iisdem ibidem.

FALSITAS.

FALSITAS, est difformitas potentiæ cognoscentis ab obiecto. Vt, si quis putet solem terra minorem. Ex D. Thom. 1. de Interpret. cap. 3. lect. 1.

FAMA.

FAMA, est alicuius propter bonum, quod habet, vel habere putatur, celebris inter homines notitia.

FAMES.

FAMES est appetitio sicci & calidi. Ex Arist. 2. de Anima cap. 3.

FASCINATIO.

FASCINATIO naturalis est alteratio corporis, propter spiritus noxios, in ipsum ab intuentis oculis, vel ore emissos. Vt, cùm vetulæ suo aspectu infantes lædunt. Ex D. Thom. 1. quæst. 117. art. 3.

FASCINATIO Magica, est infectio corporis, proceden[illegible] malitia intuentis, & à dæmone facta.

Vt, cùm ſagæ morbos inferunt. Ex eodem ibidem.

FATIGATIO.

FATIGATIO, eſt diminutio potentiæ actiuæ & cognitiuæ, per diuturnam actionem, reparabilis tamen per quietem.

FATVM.

FATVM, eſt rebus mobilibus inhærens diſpoſitio, per quam diuina prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus. Boëtius IV. de Conſol. Philoſoph. Seu eſt ordo ſecundarum cauſarum diuinæ prouidentiæ decreta exequentium. Ex D. Thom. 2. Phyſic. lect. 10.

FATVM virtualiter, eſt diuina voluntas moderans, & diſponens cauſas ſecundas, ad productionem fatalium effectuum.

FATVM formaliter, eſt diſpoſitio ipſa ſecundarũ cauſarum, ad effectum fatalem, id eſt infallibilem, ſubiecta in diuinam voluntatem. Idem, quæſt. 116. art. 2.

FEL.

FEL, eſt humor flauus, in cor-

pore, in ima hepatis parte, in vesicula quadam contentus, quam ciſtulam fellis appallant. Ariſtot. 4. de Partib. animal. cap. 2.

FERITAS.

FERITAS, ſeu ſæuitia, eſt vitium, quo quis inſontes, ſeu ſolius voluptatis, ſeu proprij commodi cauſa cruciat, aut necat. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 157. art. 1.

FIDENTIA.

FIDENTIA, eſt virtus, quæ in aliis rebus difficilibus, extra pericula mortis, promptum animum præſtat. EX eodem 2. 2. quæſt. 128.

FIDES.

FIDES, eſt habitus, quo aſſentimur rei, propter dicentis auctoritatem. EX eod. 2. 2. quæſt. 1. art. 4. quæſt. 4. art. 1. & alibi.

FIGVRA.

FIGVRA propriè, eſt modus quantitatis, reſultans ex magnitudinis terminatione. Vt, figura rotunda, quadrata, &c. Sim. plic. in Prædicam.

FIGVRA, vt ſpecies qualitatis,

condiſtincta cum forma, eſt modus quantitatis, in ſeipſa ſpectatæ, abſtrahendo ab omni ſubiecto. Vt, figuræ Mathematicæ, triangulus, quadrangulus, &c. ex eodem, & aliis Interpret. ibidem.

FIGVRA ſyllogiſtica, eſt legitima complicatio medij cum extremis, ſecundùm ſubiectionem, & prædicationem. ex Ariſt. 1. Priorum, cap 4.

FIGVRA prima, eſt in qua medium ſemel ſubiicitur, ſemélque prædicatur. Vt,

Omnis virtus eſt laudabilis.

Sed iuſtitia eſt virtus.

Ergo iuſtitia eſt laudabilis. ex eodem ibidem.

FIGVRA ſecunda, eſt in qua medium bis prædicatur. Vt,

Nullus lapis eſt animal.

Omnis homo eſt animal.

Ergo nullus homo eſt lapis. ex eodem ibidem, cap. 5.

FIGVRA tertia, eſt in qua medium bis ſubiicitur. Vt,

Omne viuens eſt corpus.

Omne viuens eſt ſubſtantia.

Ergo aliqua ſubſtantia eſt corpus. Ex eodem ibidem, cap. 6.

FINIS.

FINIS, eſt id cuius gratia aliquid fit. Vt, beatitudo cuius gratia fiunt bona opera. Ariſt. 2. Phyſic. cap. 3.

FINIS cuius, eſt ille cuius adipiſcendi gratia mouetur, vel operatur agens. Vt, ſanitas, cuius recuperandæ cauſa, ſumitur medicina. Ex Ariſtot. 2. de anima, cap. 4.

FINIS cui, dicitur ille cui procuratur finis cuius. Vt, homo, cui ſanitas per medicinam quæritur. Ex eodem ibidem.

FINIS internus, & proximus, eſt qui primò, per ſe & immediatè intenditur. Vt, architectonicæ finis internus, eſt domus conſtructio. Ex D. Thom. 1. 2. quæſt. duodecima, art. 2.

FINIS externus, & remotus, eſt qui ſecundariò, & mediante alio, per ſe tamen intenditur. Vt, in ar-

chitectonica, domus habitatio. Idem ibidem.

FINIS operis, ſeu ſcientiæ, eſt ad quem per ſe, & ex propria natura, actio, vel habitus ordinatur. Vt, finis Logicæ eſt rectitudo actionum mentis. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 141. art. 6.

FINIS operantis, ſeu ſcientis, eſt quem artifex pro arbitrio ſibi proponit, in actionis exercitio, vel ſcientiæ acquiſitione. Vt, qui addiſcit ſcientiam, propter vtilitatem, vel honorem inde comparandum. Ibidem.

FINIS ſimpliciter vltimus, eſt is ad quem actu, vel virtute referuntur omnia; ipſe verò ad nullum prorſus ordinatur. Vt, Deus. Idem 1. 2. quæſt. 1. art. 1.

FINIS ſecundùm quid vltimus, eſt qui aliquam actionum ſeriem terminat, in qua per ſe vltimò inditur, poteſt tamen ad alterum ferri. Vt, ſanitas finis eſt artis medicæ, ordinari tamen poteſt ad aliud, puta ad orandum, vel

ſtudendum.. Ibidem.

FINIS quo ſeu formalis, eſt operatio per quam finis obiectiuus attingitur. ex eodem ibidem, articulo 8.

FINIS obiectiuus, ſeu qui, eſt res ea, quæ per actionem producitur, vel acquiritur. Vt, Deus, eſt hominis finis obiectiuus, & qui poſſidetur: clara autem Dei viſio finis formalis, & quo poſſidetur Deus. Ibidem.

FLAMMA.

FLAMMA, eſt fumus ardens, ſeu ſpiritus ſicci ardor. Ariſt. 2. de Ortu, cap. 1.

FLEGMA.

FLEGMA, vt vnus ex humoribus primis, eſt ſubſtantia humida, & frigida, ex cibi craſſitie, ab hepatis calore debili generata. ex Alberto Magno de omni, lect. 3. tract. 2. cap. 50.

FLEGMA vt excrementum, e humor, quem non perfecte digerit calor naturalis, impeditus fu-

perfluitate aquoſitatis eius. ex eodem ibidem.

FORMA.

FORMA latè, eſt quidquid aliud complet, aut determinat, aut per quod operatur. Vt, anima, candor, exiſtentia. ex D. Thom. 4. diſt. 3. art. 1. & 3. quæſt. 76. art. 1.

FORMA, eſt quæ dat eſſe rei. Vt, forma ignis, dat igni eſſe ignis; & albedo, corpori eſſe albi. Ariſt. 2. Phyſic. cap. 3.

FORMA ſubſtantialis, eſt actus ſubſtantialis, incompletus, vnum per ſe cum materia conſtituens. Vt, anima. ex Ariſtot. & Interpret. 2. Phyſic. cap. 3.

FORMA aſſiſtens, eſt quæ non eſt pars rei; ſed ei mouendæ tantùm præeſt. Vt, Angelus cœlo. ex D. Thom. 7. Met. lect. 11.

FORMA accidentalis, dicitur quodlibet accidens, reſpectu ſubiecti, cui inhæret. Vt, albedo dis. ex D. Thom. 1. quæſt. 66. art. 1. & alibi paſſim.

FORMA ſpecies qualitatis, eſt

modus quantitatis, in corpore ſpectatæ, & figura exterior, ornata coloribus. Ex Boëtio, in Prædicament. cap. de Qualitate.

FORMA Metaphyſica, eſt totius rei ſubſtantialis eſſentia. Vt, animal rationale, dicitur hominis forma Metaphyſica. Comm.

FORMA ſyllogiſmi, eſt legitima diſpoſitio propoſitionum, ſecundùm figuram, & modum. Ex Ariſt. & interpretibus 1. Priorum.

FORMALITAS, eſt omnis ratio, ſeu notio, qua concipitur aliquid.

FOELICITAS.

Vide BEATITVDO.

FORMIDO.

FORMIDO, eſt actus intellectus, per quem iudicamus opinionem, cui aſſentimur, poſſe eſſe falſam.

FORTITVDO.

FORTITVDO latè, eſt firmitas animi in bono honeſto: Seu

Eſt firmum propoſitum inh[a]rendi bono honeſto, ita vt n[u]lla ratione ab eo auelli [se] permittat. Ex D. Tho. 2, 2. quæſt. 113. art. 2.

Et

Et D. Ambros. lib. 2. de Officiis. Et sic non est virtus specialis; sed conditio omnis virtutis.

FORTITVDO vt est specialis virtus, est mediocritas circa metum, & audaciam: Seu

Est virtus, quæ motus animi in rebus terribilibus, præsertim mortis periculis sustinendis, vel repellendis moderatur. Ex D. Thom. eadem quæst. Ex Arist. 2. Ethic. cap. 7. & 3. Ethic. cap. 1.

FORTIS propriè ille dicitur, qui circa præclaram mortem impauidus fuerit, & circa ea quæ mortem afferunt, cùm proxima sunt. Idem 3. Ethic. cap. 1.

FORTVNA.

FORTVNA, est causa per accidens, in iis quæ agunt ex electione. Vt, inopinatus duorũ hominum occursus. Arist. 5. Metaphys. cap. 2. & 2. Physic. cap. 6.

FRIABILIA.

FRIABILIA, sunt ea quæ multos habent vicissitudinarios meatus. Vt, vitrum. Arist. 4. Meteor. c. 2. text. 44.

FRIABILE, est corpus porosum, in minutissimas partes diuisibile. Vt, glacies. ex eodem ibidem.

FRIGIDVM ET FRIGVS.

FRIGIDVM, est quod coniungit & congregat similiter, & quæ eiusdem sunt generis, & quæ diuersi. Arist. 2. de Ortu, cap. 2.

FRIGVS, est quod per se tam homogenea, quàm heterogenea congregat. Verbi gratia, in glacie, aqua, terra, lignū, &c. congregantur à frigore. ex eodem ibidem.

FRAVS.

FRAVS, est executio astutiæ, p facta. Vt, cùm quis vtitur mensura minori quàm debet.

FRVITIO.

FRVITIO, est delectatio de bono quod possidetur. ex D. Thom. 2. quæst. 11. art. 1.

FRVSTRA.

FRVSTRA dicitur fieri, cùm quod alterius gratia fieri solet, illius fit gratia. Vt, si ambul consequendam sanitatem, tamen eam consequeris.

FVLGOR.

FVLGOR, eſt ignis collectio, qui in aëre exarſit: per cœlum ille quidem, aut iaculari ſpecie tranſmeans, aut vno loco fixus. Ariſt. de Mundo. cap. 4.

FVLGVR.

FVLGVR, eſt exhalatio accenſa, è medio nubis erumpẽs. Ex Ar. ib.

FVLMEN.

FVLMEN, eſt exhalatio multa ignita, è nube magno impetu excuſſa. Idem de Mundo, cap. 4.

FVLMEN, vocatur ſpiritus ignitus à nube diſrupta, in terram illiſus; ſi ſemiuſtum quidẽ, id vniuerſum tamen, violentúmque incubuerit, Preſter, id eſt accenſus turbo, dicitur; ſi prorſus ignis nihil interim conceperit, Typhon vocatur, qui eſt vortex procelloſus, & euerberans. Horũquidquid in terram impetu decubuerit, Sceptos, id eſt fulmen vocatur. Pſolois dicitur, cùm fuliginem contraxit; Arges, ſi raptim emicuerit; Elicias, ſi lineari ſpecie conformatus eſt.

Scepti dicuntur, quæcumque fulmina, in quiduis illisa sint. Idem ibidem.

FVMVS.

Fvmvs est exhalatio lignosi corporis, & ossium, & pilorum, & talium Ex Arist. de Meteor. 4. cap. 9.

GAVDIVM.

Gavdivm, est lætitia boni quod adipiscitur qui dignus est illius Auerroës Rhetoric. 2. cap. 13. Seu

Est animi diffusio in conceptione boni conuenientis. Albertus Magnus Ethicorum 1. Tractat. 6. cap. 16.

GEMMÆ.

Gemmæ, sunt vitra naturæ opere producta; quibus aquæ immixtum est subtile. Albertus Magnus 1. de Mineralib. tractat. 1. cap. 2.

GENERATIO.

Generatio latè, est mutatio

à termino negatiuo, ad positiuum, seu à non esse, ad esse, siue substantiale, siue accidentale. Vt productio ignis, productio caloris. Ex Arist. 11. Metaphys cap. 10. & 5. Physicorum cap. 1.

GENERATIO substantialis, est mutatio totius in totum, nullo remanente vt subiecto eodem. Ex Arist. 1. de ortu, cap. 4. Seu

Est transitus à non esse substantiali, ad esse substantiale in materia. Vt, generatio hominis, lapidis. Ex eodem.

GENERATIO viuentium, est processio viuentis, à principio viuente, coniuncto secundùm similitudinem naturæ. Ex Diuo Thom. 1. quæst. 27. art. 2. & 3. Sentent. dist. 8. quæst. 1.

GENVS.

GENVS Physicè, est principium, à quo multi oriuntur. Vt, Romulus dicitur genus Romanorum. Ex Aristot. 5. Metaphysic. cap. 17. & Porphyrio in Isagoge, cap. de Genere.

GENVS Physicum, etiam à Philosophis dicitur materia prima per analogiam cum genere Logico, quòd sicut hoc in multis speciebus, ita illa in omnibus Physicis compositis reperiatur.

GENVS Logicum, est vnum aptũ inesse multis, per modum partis essentialis, determinabilis. Ex Arist. 5. Metaphys. cap. 27. Seu

Est id quod prædicatur de multis specie differentibus in quid. Vt, animal, virtus. Porphyrius in Isagoge cap. de Genere. ex Arist. 1. Topicor. cap. 4.

GENVS supremum, est quod supra se genus non habet. Vt, substantia, quantitas. Commun.

GENVS intermedium, est quod supra, & infra se habet genera. Vt, viuens. Commun.

GENVS infimum, est quod sub se tantùm species habet. Vt, brutum. Communis.

GENVS immediatum, seu proximum, est inter quod, & speciem nihil intercedit. Vt, animal respectu hominis.

GENVS mediatum, seu remotum, est inter quod, & speciem intercedit aliud genus. Vt, viuens respectu hominis.

GEOMETRIA.

GEOMETRIA, est quantitatis continuæ, situm habentis, immobilis, cognitio Ammon. in Porphyrium. Seu

GEOMETRIA, est scientia, quæ circa lineas, & figuras quatenus magnitudines quædam sunt, contemplandas occupatur. ex Euclide 2. Element. & Proclo in eundem.

GLACIES.

GLACIES, est congelatio humidi, & frigidi. Arist. 1. de Ortu, cap. 3. Seu

GLACIES, est aqua conferta à serenitate compactilis. Idem de Mundo, cap. 4. Seu

GLACIES, est aqua ex admixtione terrenæ concretionis, aliquantulum etiam caloris congelata.

GLORIA.

GLORIA, est clara cum laude notitia.

GNOME.

GNOME, est habitus rectè iudicandi, ex principiis quibusdam altioribus; contra tenorem verborum legis; vel certè de iis, quæ lege sancita non sunt; iuxta tamen legislatoris mentem. Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 57. art. 6. & 2. 2. quæst. 61. art. 4.

GRADVS.

GRADVS Metaphysicus est attributum quodlibet, seu prædicatum essentiale, genericum, vel specificum, quod alicui rei conuenit. Vt, animal viuens, corpus. Communis.

GRADVS Mathematicus, est vna ex trecentis sexaginta partibus, in quas diuiduntur sphæræ circuli. Ex Sacrobosco in Sphæra.

GRADVS Medicus, est ea quatuor primarum qualitatum temperies, quæ potest sensibiliter alterare tactum temperatum explorantis. Communis.

GRADVS Physicus, est ea pars qualitatis, quæ octies repetita, to-

tam eius intenſionem adæquat. Communis.

GRAMMATICA.

GRAMMATICA, eſt peritia eorum quæ magna in parte à poëtis, ac rerum ſcriptoribus dicuntur. Ammonius in Porphyr. Seu

Eſt ars, quæ congruè loquendi, & Poëtas Hiſtoricóſque intelligendi, rationem tradit. Ex Care & Crate apud Picum Mirandulan. de examine veritatis Doct. gen. lib. 1. cap. 10.

GRANDO.

GRANDO, eſt aqua decidens è nube, vi frigoris inter cadendum congelata. Ex Ariſtot. Meteor. 1. cap. 2.

GRATIA.

GRATIA, eſt animæ motio, qua referre beneficium cupimus, ei à quo acceperimus. Euſtratius 2. Ethicor. cap. 1. Seu

Eſt in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur Tull. in Officiis.

GRATITVDO.

GRATITVDO, est virtus, qua benefactori redditur gratia. Seu

GRATITVDO, est qua iis, qui de nobis bene meriti sunt gratiam non solùm habemus, & agimus; sed etiam cùm possumus referimus.

GRAVE.

GRAVE, est quod natum est ferri ad medium. Arist. 1. de Cœlo, c. 8.

GRAVISSIMVM, est quod omnibus substat, quæ feruntur deorsum. Idem ibidem, cap. 2.

GRAVE simpliciter, est quod mouetur ad locum infimum. Vt, terra. ex eodem ibidem, & 4. de Cœlo, cap. 2.

GRAVE secundùm quid, est quod natum est ferri ad locum propè infimum. Vt, aqua. Ex eodem ibidem.

GRAVITAS.

GRAVITAS naturalis, est principium effectiuum motus ad medium. Ex eodem locis citatis.

GRAVITAS moralis, est inter

moroſitatem, & iocoſitatem medium circa conuerſationes. Ex Ariſt. Magn. Moral. Prior. cap. 29.

GVLA.

Gvla, eſt vitium in appetitione, & vſu cibi, & potus debitum modum, id eſt præſcriptum rationis excedens. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 148. art. 1. 2. & 4.

GVSTVS.

Gvstvs eſt facultas animæ ſentientis, quæ verſatur circa percipiendum ſaporem. Ex Ariſt. 2. de Anima cap. 4.

HABERE.

Habere, ſeu habitus, prædicamentum eſt corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt adiacentia. Vt, habere veſtem, Gilbert. de ſex principiis. Seu

Eſt ſubſtantia, vt per modum veſtimenti, vel ornamenti corpus afficit. Vt, eſſe armatum, ocreatum, &c.

HABITVS vt qualitas, est qualitas permanens, potentiam facilitans, vel eleuans, ad producendos actus. Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 4. art. 2. & 3. dist. 14. art. 1. quæst. 2.

HABITVS acquisitus, seu naturalis, est qualitas, ex actuum frequentatione genita, difficulter mobilis, inclinansque potentiam, ad similes actus, his per quos productus est. Vt, scientia, iustitia. Ex Arist. 6. Ethic. cap. 1. Et D. Thom. locis citatis.

HABITVS infusus, seu supernaturalis, est qualitas creaturæ intellectuali à Deo infusa, potentiam eleuans, ad supernaturales actus producendos. Vt, fides, spes, charitas. Ex Theologis passim.

HABITVS, seu intellectus principiorum, est virtus intellectualis, per quam intellectus inclinatur, ad facilè assentiendum primis principiis; propter euidentem veritatem, ex ipsorum terminorum penetratione perceptam. Vt, cùm facilè assentimur his principiis,

quodlibet est, vel non est. Impossibile est idem simul esse, & non esse. Ex Arist. 6. Ethic. cap. 3. Et D. Thom. ibidem.

HABILITAS.

HABILITAS, est medium inter potentiam, vel subiectum, & actum, seu formam. Ex D. Thom. 1. part. quæst. 48. art. 4. Seu

Est dispositio quædam potentiæ, vel subiecti, ad formam vel actum faciliùs recipiendum. Qualis est in digitis, ad ludendum cithara exercitatis.

HABITVDO.

HABITVDO, est ordo, seu respectus vnius ad alterum. Vt, Creaturæ, ad Deum; patris, ad filium; visus, ad lumen, & colorem.

HABITVDO, est etiam corporis constitutio, & valetudo; siue bona, siue mala. Ex Alexandro Aphrod. in 1. Natural. quæst. cap. 9. & aliis.

HARMONIA.

HARMONIA latè, est aliquorum cum debita proportione, & con-

grua ratione compoſitio. ex Ariſt. 1. de Anima cap. 2.

HARMONIA muſica, eſt ratio, & compoſitio earum rerum, quæ inter ſe commiſcentur, non fortuitò, & temerè, ſed ex quadam cantus, modulationiſque compoſitione. Alexand. Aphrod. in 1. de Anima cap. 8.

HEPAR.

HEPAR, eſt ſedes naturalis facultatis, & venarum radicatio, eiúſque ſubſtantia eſt ſimilis concreto ſanguinis, & ardore toſta.

HONESTAS.

HONESTAS, eſt excellentia quædam, honore digna, ob ſpiritualem pulchritudinem, qua quis id quod turpe eſt, & indecorum repellit. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 145. art. 1. & 2.

HONESTAS, eſt animi electio firma, & ſtabilis, ea omnia agendi, quæ ſecundùm virturem ſunt. Ex eodem ibidem. Et Ariſt. 2. Mag. Moral. cap. 9.

HONESTVM.

HONESTVM generatim, eſt quidquid conforme eſt cum iudicio rectæ rationis, tanquam regula operationis naturæ rationalis. Ex Ariſt. 7. Moral. Eudem. cap. 15.

HONOR.

HONOR, eſt teſtimonium excellentiæ alterius, maximè propter virtutem, ſiue id verbis fiat, ſiue factis. Ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 2. art. 6. & 2. 2. quæſt. 15. art. 1.

HORIZON.

HORIZON, eſt circulus maior, ex vertice loci deſcriptus, qui diuidit meridianum, & ab eo diuiditur, ad angulos rectos ſphæræles. De Sacroboſco in Sphæra.

HVMIDITAS.

HVMIDVM, eſt quod eſt interminabile proprio termino, facilè verò terminabile alieno. Ariſtot. 2. de Ortu, cap. 2.

HVMIDITAS, eſt qualitas vna ex primis, quæ facilè terminatur termino alieno, difficilè proprio. Ex eodem ibidem.

HVMILITAS.

Hvmilitas, eſt virtus, quæ hominis cupiditatem frænat, ne in altum extollatur; ſed potiùs in ima ſe deiiciat. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 161. art. 1. Seu

Eſt virtus, qua quis defectum ſuum conſiderans, ſe in infimis, ſecundùm modum ſuum continet. Idem ibidem.

HVMORES.

Hvmores primi, ſunt ſubſtantiæ quædam mixtæ, & fluidæ, nutriendo, conſeruandóque corpori à natura deſtinatæ.

Hvmores ſecundi, ſunt in quæ ſanguis conuertitur; ſunt autem quatuor, humiditas ſanguinea, Ros, Cambium, & Glutem. Commuuis.

HYEMS.

Hyems, eſt gelu frigoris; atque ſiccitatis exceſſio. Ariſt. Problem. ſect. 1. numero 17.

HYPOTHESIS.

Hypothesis, eſt quæſtio, perſonis, temporibus, factis cæteriſque

que circunstantiis, implicita. Boët. de diff. Topic. Cic. lib. 1.

IDEA.

IDEA, est forma, quam imitatur effectus, ex intentione agentis, determinantis sibi finem. Ex D. Thom. 1. part. quæst. 44. art. 3.

IGNIS.

IGNIS, est elementum summè calidum, excellenter siccum, simpliciter leue. Ex Philosophis omnibus.

IGNORANTIA.

IGNORANTIA, est rei alicuius inscitia. Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 76. art. 2.

IGNORANTIA simplicis negationis, est mera carentia scientiæ, quam quis habere non tenetur. Vt, in Rustico, Iuris, vel Philosophiæ inscitia. Idem ibidem.

IGNORANTIA priuationis, est carentia scientiæ, quam quis habere aptus est, & tenetur. Vt, si medici-

nam nesciat, qui se medicum profitetur. Ex eodem ibidem.

IGNORANTIA prauæ dispositionis, est error contrarius scientiæ, quam quis habere vel idoneus est, vel debet. Vt, qui negant Deum esse; & talis ignorantia, seu error est in hæreticis circa articulos fidei. Ex eodem ibidem.

IGNAVIA.

IGNAVIA, est vitium deficiens in audendo, & aggrediendo, cùm quis non audet aggredi, quod oportet, quando, vel quomodò oportet. Arist. 3. Ethic. cap. 7.

ILLIBERALIS.

ILLIBERALIS, est qui omni acquisitione gaudet, & omni amissione dolet, magis quàm oportet. Arist. Moral. Eudem. 3. cap 4.

ILLIBERALITAS, est vitium quo quis pecuniam expendit quidem; sed parciùs quàm oporteat, malè, & plus iacturæ faciens, nullo habito temporis delectu. Ex Arist. ib.

IMAGINATIO.

IMAGINATIO, est actio facultæ-

us imaginatiuæ, qua vel percipiuntur obiecta, à sensibus externis percepta, vel intellectui repræsentãtur. Ex Arist. 3. de Anima. Et D. Thom. de Verit. quæst. 15. art. 2. & 1. quæst. 48. art. 4.

IMAGINATIVA, seu imaginatrix, est facultas animæ sentientis, perceptiua obiectorum etiam absentium, quæ sensibus externis percepta sunt. Ex eisdem ibidem.

IMAGO.

IMAGO, est expressa rei alicuius similitudo.

IMMEDIATIO.

IMMEDIATIONE supposiți agere dicitur illud, quod passum per proprium suppositum contingit. Vt, serra secans lignum.

IMMEDIATIONE virtutis agere, dicitur illud, quod passo non per suppositum, sed vicariam qualitatem coniungitur. Vt, dum ignis agit in manum, eam attingit per suum calorem.

IMPATIENTIA.

IMPATIENTIA, est vitium quo

quis ira, indignatione, vel aliter iuſtum dolendi modum, quem patientia præſcribit exuperat. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 136.

IMPIETAS.

IMPIETAS, eſt iniuria parentibus, aut iis qui parentum loco honorandi ſunt, irrogata. Ex eodem 2. 2. quæſt. 101.

IMPOTENTIA.

IMPOTENTIA latè, eſt carentia potentiæ actiuæ. Vt, cæcitas.

IMPOTENTIA qualitatis ſpecies, eſt qualitas, qua quid ægrè, vel parum agit, aut reſiſtit. Vt, viſus ſenis, mollities ceræ. Ariſt. in Prædicament.

IMPOSSIBILE.

IMPOSSIBILE, eſt quod fieri, vel eſſe repugnat. Ex Ariſt. 2. de Interpretat.

IMPLICARE CONTRADICTIONEM.

IMPLICARE CONTRADICTIONEM dicitur, cùm quid fieri non poteſt, quia ſequeretur idem ſimul eſſe, & non eſſe. Vt, implicat dari homi-

nem, qui non sit rationalis. Communis.

IMPVLSVS.

IMPVLSVS, est qualitas impressa mobili à proiiciente, per quam sursum, deorsúmve, aut in aliam loci differentiam cietur. Vt, iactus lapidis.

IMPRVDENTIA.

IMPRVDENTIA, est vitium, quo quis in occurrente negotio, quid agendum, vel non ageudum, non aduertit, cùm possit. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 55.

INÆQVALITAS.

INÆQVALITAS, est relatio inter duas quantitates, quarum vna alteram excedit, vel ab ea excedituꝛ. Ex Arist. in Prædicam.

INANE.

INANE, est spatium corpore carens, nec aptum eo naturaliter repleri, quale erat ante mundum conditum.

INCONSIDERATIO.

INCONSIDERATIO, est vitium, quo quis absque vllius rei intuitu,

in opus irrumpit. Et D. Thom. 2. 2. quæst. 53. art. 2.

INCONSTANTIA.

INCONSTANTIA, est vitium, quo quis sine vlla, vel certè sine iusta causa sententiam mutat. Ex eodem ibidem.

INCONTINENTIA.

INCONTINENTIA, est vitium, per quod passio præsertim ea, quæ versatur circa delectationes tactus, vincit rationem, vsu rationis manente. Ex eodem ibid & quæst. 156. art. 2.

INDIVIDVVM.

INDIVIDVVM primò intentionaliter, est cuius proprietates omnes simul sumptæ non possunt alteri conuenire. Vt, Petrus. Porphyrius in Isagoge, cap. de Specie. Seu

Est id quod non potest diuidi in multa eiusdem omnino rationis, cuius ipsum est. Vt, hic paries, hæc albedo. Ex Arist. & D. Thom.

INDIVIDVVM secundò intentionaliter, est quod de vno solo prædicari potest. Vt, Socrates de

ſeipſo. Porphyrius ibidem.

INDIVIDVVM vagum, eſt quod de vno ſolo; ſed indeterminatè dicitur. Vt, quidam homo. Ex D. Thom. 1. quæſt. 30. art. 4.

INDIVIDVVM ſignatum, eſt quod proprio nomine exprimitur. Vt, Socrates. Ex eodem ibidem.

INDIVIDVVM demonſtratiuum, eſt quod exprimitur nomine ſpeciei, & pronomine demonſtratiuo. Vt, hic homo.

INDIVISIBILE.

INDIVISIBILE latè, eſt quod partibus caret, in quas diuidi poſſit. Ex eodem 3. de Anima lect. 11.

INDIVISIBILE quantitatis, eſt quod deficit à corpore. Ex Ariſt. 6. Phyſic.

INDIVISIBILE ſecundùm quid, eſt quod deficit à corpore, ſecundùm vnam, aut alteram dimenſionem. Vt, linea & ſuperficies. Ex eodem ibidem.

INDIVISIBILE ſimpliciter, eſt quod omnino ſe, ſeu ſecundùm omnem dimenſionem deficit à

corpore. Vt, punctum. Ex eodem ibidem.

INDIVISIBILE etiam dicitur, cui non potest fieri additio, aut detractio absque essentiali eius mutatione. Vt, apud Aristotelem rerum essentiæ dicuntur indiuisibiles, & numeri, puta ternarius, quaternarius indiuisibiles, quia iis nihil potest addi, aut detrahi, quin mutentur essentialiter.

INDVCTIO.

INDVCTIO, est à singularibus ad vniuersalia accessio. Arist. 1. Posteriorum, cap. 10.

INDVCTIO, est argumentatio, in qua ex omnium partium enumeratione, totum colligitur. Vt, omnis homo est sensitiuus, omne brutum est sensitiuum, ergo omne animal est sensitiuum.

INDVSTRIA.

INDVSTRIA, est vis animi ad aliquid subtiliter, prudenterque inueniendum, vel agendum. Ex Arist. 1. Magnor. Moral.

INFIDELITAS.

INFIDELITAS, est error fidei ex toto, vel ex parte contrarius. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 1.

INFINITVM.

INFINITVM, est quod caret termino quo circumscribatur. Ex Arist 2. Physic. cap. 1.

INFINITVM actu, est illud quod simul actu existit ita, vt nullis limitibus claudatur aut claudi possit. Vt, si daretur infinita Angelorum multitudo. Ex eod. ibid. c. 3.

INFINITVM potestate, est illud, quod nunquam simul est in actu, alio modo quàm finitum. Vt, quælibet magnitudo. Ex eodem ibidem.

INFINITVM simpliciter, est illud, quod est infinitum in omni genere entis, ita vt eminenter, vel formaliter contineat omnem perfectionem possibilem, eámque simpliciter infinitam, qualis est solus Deus. Ex eodem ibidem. Et D. Thom. 1. part. quæst. 7. art. 2.

INFINITVM secundùm quid, est

quod in aliquo tantùm genere entis est infinitum. Vt, si daretur linea infinita in genere quantitatis. Ex eodem ibidem.

INFINITVM categorematicum, est quod actu constat infinitis partibus, æqualibus vni certæ, determinatæque mensuræ, non communicantibus inter se, simúlque existentibus. Vt, si daretur calor vsquequaque infinitus. Ex Arist. 3. Physic. cap. 5.

INFINITVM syncategorematicum, est quod continet infinitas partes, pertinentes ad cõstitutionem rei finitæ, vel inter se communicantes, quibúsve fieri potest additio. Vt, quantitas palmaris. Ex eod. & D. Thom. citat.

INFLVENTIÆ.

INFLVENTIÆ cœlestes, sunt qualitates quædam occultæ, per quas astra, & cœli in hæc inferiora agunt.

INFLVXVS.

INFLVXVS causæ, est id quo causa concurrit ad effectus pro-

ductionem. Vt, in cauſa efficiente actio. Ex Albert. Magn. de Cauſ. & proceſſ. cap. 1.

INGRATITVDO.

INGRATITVDO, eſt vitium quo beneficium, vel benefactoris animus contemnitur, vt non videaris ei obnoxius, ſeu debitor ratione beneficij. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 107. art. 2. & 3.

INHÆRENTIA.

INHÆRENTIA, eſt modus accidentis, quo ſubiecto ineſſe aptum eſt, vel actu ineſt. ex eodem de Natura accidentium, opuſc. 41.

INIVRIA.

INIVRIA, eſt omne damnum quod proximo contra ius, & rationis præſcriptum infertur.

INIVSTITIA.

INIVSTITIA, eſt habitus quo iniuſtè agunt homines, & volunt iniuſta. Ariſt. 5. Ethic. cap. 1.

INIVSTITIA, eſt omne vitium iuſtitiæ oppoſitum.

INOBEDIENTIA.

INOBEDIENTIA, eſt vitium quo

contemnitur præceptum, vel potestas superioris, vt ei non videaris subesse, vt pareas. Ex D. Thom. 2. 2. quæst 105. art 1. & 2.

INOBSERVANTIA.

Inobservantia, est vitium quo quis in superiores est iniurius.

INSECTA.

Insecta, sunt quæ incisuras parte sui, vel supina, vel prona, vel etiam vtraque habent nec osseum quidquam discretum, aut carneum, sed quiddam inter hæc ipsa medium cõtinent, quippe quæ corpore pariter intus, & foris duro constent. Sunt alia impennata, vt iuli, centipedæ; alia pennata, vt apes, & vespæ, scarabei; alia vtroque modo, vt formicæ, aliæ enim pennatæ sunt, aliæ impennes. Arist. 4. Histor. animal. cap. 1.

INSENSIBILITAS.

Insensibilitas, seu stupor, est vitium, quo quis ita refugit delectationes gustus, & tactus, vt nolit illis vti quando, vel vbi, vel

quantùm, ſecundùm rectam rationem oportet. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 142. art. 1.

INSTANS.

INSTANS, eſt indiuiſibile temporis, eius partes continuans, aut terminans. Ex Ariſtot. 4. Phyſic. cap. 4. Et D Thom Opuſc. 36.

INSTANTIA.

INSTANTIA, eſt propoſitio propoſitioni cõtraria, quæ intelligitur oppoſita per contradictionem. Vt, ſi quis proponat, omnis habitus eſt laudabilis, inſtabis, at vitium eſt habitus, non eſt tamen laudabile, ergo aliquis habitus non eſt laudabilis. Ex Ariſtot 1. Prior. cap. 26. Et Alberto Magno ibidem.

INSTRVMENTVM.

INSTRVMENTVM, eſt quod aſſumitur à cauſa principali, ad effectum ipſo ſæpè nobiliorem producendum, in virtute ſuperioris agentis. Ex D. Thom. 2. diſt. 35. art. 4.

INSTRVMENTVM ſupernaturale,

est quod assumitur à Deo, ad effectus supernaturalis productionem. Vt, sacramenta ad gratiam producendam. Ex eodem 3. quæst. 62. art. 1.

INSTRVMENTVM naturale, est quod eleuatur à causa naturali ad sui effectus productionem. Vt, semen ad producendum viuens. Ex eodem ibidem. Et Arist. 1. de Partib. Animal. cap. 5.

INSTRVMENTVM artificiosum, est quo vtitur artifex, ad effectionem alicuius per artem. Vt, securis. Ex iisdem.

INSTRVMENTVM coniunctum, est quod non potest agere, nisi principali causæ actu coniungatur. Vt, calamus, lingua

INSTRVMENTVM separatum, est quod agit seorsum etiam à principali agente positum, tanquam eius virtus. Vt, calor, semen.

INTELLECTVS.

INTELLECTVS, est facultas cognoscitiua quæ versatur circa ens. Vt, verum, est percipiendum. Ex

Arist. 3. de Anim. cap. 3. Et Diuo Thom. 1. quæst. 79. art. 10.

INTELLECTVS agens, est qui rerum à sensu perceptarum species intelligibiles, in possibili imprimit Ex iisdem ibidem.

INTELLECTVS possibilis, seu passibilis, est qui per species, ab agente impressas intelligit. Ex Arist. ibid. cap. 5. Et D. Thom. ibid. & 1. de Anima lect. 5.

INTELLIGENTIA.

INTELLIGENTIA, interdum pro intellectu sumitur, interdum pro intellectione, seu intellectiua rei alicuius cognitione. Vt, cùm dicimus assentiri primis principiis, ex intelligentia terminorum. Interdum pro sensu, & explicatione propositionis; sic dicimus, ea est intelligentia horum verborum.

INTELLIGENTIA principiorum. Vide HABITVS principiorum.

INTELLIGENTIA, vt substantia, est substãtia completa, intellectiua, expers materię, quæ cœlestibus sphæris mouendis, ac sublunari-

bus administrandis præest. Ex Aristot. 12. Metaph. 3. de Cœlo, lib. de Causis. Plato in Philœbo, in Timæo, & aliis Ethnicis Philosophis.

INTEMPERANTIA.

Intemperantia, est excessus in concupiscendis, vel fruendis delectationibus gustus, vel tactus. Ex Arist. 3. Eudemior cap. 2. Et D. Thom. 2. 2. quæst. 142. art. 4.

INTENSIO.

Intensio in qualitatibus, est additio vnius, pluriúmve graduum qualitatis, in eadem parte subiecti. Vt, continuata calefactio.

INTENTIO.

Intentio formalis prima, est actio intellectus, qua recta, & absque vlla reflexione fertur in obiectum cognoscendum. Vt, cognitio hominis.

Intentio formalis secunda, est actio intellectus, se supra suam primam cognitionẽ reflectentis. Vt, postquam per primam intentionem

nem cognoui hominem esse animal; per reflexionem, hominem voco subiectum, animal prædicatum.

INTENTIO prima obiectiua, est obiectum, in quod primariò, & directè tendit intellectus. Vt, homo.

INTENTIO secunda obiectiua, est denominatio resultans in obiecto, ex reflexa mentis intentione, seu secunda formali. Vt, esse speciem, genus.

INTREPIDITAS.

INTREPIDITAS, est habitus per quem timoribus nullis mouemur. Pleusippus de Platon. definit.

INTRINSECVM.

INTRINSECVM aliquando dicitur, quod est de rei essentia, vt animal est intrinsecum homini. Aliquando quod est in re, licèt extra eius essentiam: sic dicimus denominationem albi esse parieti intrinsecam.

INVIDIA.

INVIDIA, est molestia quædam

propter apparẽtem bonorum prosperitatem aduersus similes, non vt sibi adsit aliquid, sed propter illos. Arist. 2. Rhetoric. Seu

Est tristitia ex alieno bono, in quantum alienum bonum potest diminuere proprium. Alexand. de Ales in 1. Metaphys.

INVOLVNTARIVM.

INVOLVNTARIVM negatiuè, est quidquid non est à voluntate, siue sit naturale, siue fortuitum. Vt, nutritio dicitur inuoluntaria, quia non est à voluntate, tanquam à principio effectiuo. Ex Scoto in 1. sent. distinct. 17. quæst. 3.

INVOLVNTARIVM propriè, est hominis actio contra, vel præter eius voluntatem. Vt, proiectio mercium in mare, cogente nauta, est inuoluntaria mercatori proiicienti; & occisio amici, à putante feram occidere, est ipsi occidenti inuoluntaria.

IRA.

IRA, est ebullitio sanguinis circa cor, propter appetitum vindictæ,

Ex Arist. 6. Ethic. cap. 1. Et Eustrat. ibidem.

IRACVNDIA.

IRACVNDIA, est vitium per quod homines fiunt ad iram præcipites. Arist. de Virt.

IRIS.

IRIS, est arcus multi color in nube rorida, opaca, & concaua, ex radiorum solis oppositi reflexione, apparens oculis spectantium. Ex Arist. 4. Meteor. cap. 1. Et Alberto Magno ibidem.

IVDICIVM.

IVDICIVM, est actus intellectus vnum alteri attribuentis, vel ab eo remouentis. Ex Diuo Thom. 2. 2. quæst. 60. art 1.

IVDICIVM speculatiuum, est actus intellectus de alicuius propositionis veritate iudicantis Vt, dum cognosco cœlum esse rotundum

IVDICIVM practicum, est actus intellectus, quo proponit voluntati aliquod vniuersale bonũ amplectendum, malúmve fugien-

dum. Vt, si dicas, omnis virtus est amabilis.

IVDICIVM practicè practicum, est quo intellectus proponit voluntati aliquid provt est bonum, adhibitis loci, temporisque, circumstantiis, Vt hîc, & nunc exercendus est actus iustitiæ.

IVRAMENTVM.

IVRAMENTVM, est actio, qua Deum assumimus, vt testem, in alicuius rei confirmationem. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 4.

IVS ET IVSTVM.

IVS, est quod est æquum, & legitimum. Ex Aristot. 5. Ethic. cap. 1.

IVSTVM, est quod est adæquatum, & commensum suæ regulæ. Ex eodem ibidem.

IVSTITIA.

IVSTITIA, est virtus qua vnicuique ius suum tribuitur. Ex Arist. 5. Ethicor. cap. 2. Seu

Est habitus perpetuò inclinans voluntatem ad reddẽdum cuique ius suum. Idem ibidem.

IVSTITIA legalis, eſt virtus, qua quis iuſtè ſe habet circa bonum commune principis, vel reipublicæ. Ex Ariſt. 5. Ethicor. cap. 2. Et D. Thom. ibidem.

IVSTITIA particularis, eſt virtus, qua quis iuſtè ſe habet circa bonum particulare alterius. Ex eiſdem ibidem.

IVSTITIA diſtributiua, eſt quæ in pœnis, præmiſſque rectè diſtribuendis occupatur. Ex eiſdem ibidem.

IVSTITIA remuneratiua, eſt quæ iubet honores, magiſtratus, munera, & beneficia, aliáque id genus, pro cuiuſque dignitate, & meritis ſecundùm Geometricam proportionem diſpenſari. Ex iiſdem ibidem.

IVSTITIA punitiua, eſt quæ nocentes, vt par eſt, ſupplicijs affici iubet. Ex iiſdem ibidem.

IVSTITIA commutatiua, eſt quæ quis rectè ſe habet in commutationibus, ſuum cuique reddendo ſecundùm Arithmeticam propor-

tionem; & ad hanc pertinent contractus, &c. Ex Aristot. 4. Ethic. cap. 2.

LAC.

LAc est sanguis magis concoctus, & corruptus, seu humidior, frigidiórque redditus. Ex Arist. 4. de Gener. Anim. cap. 8.

LACRYMÆ.

LACRYMÆ, sunt humor cerosus, ex oculis expressus, vel comprimente partes eorum frigore, in tristitia, vel liquefaciente calore præ vehementi gaudio. Ex Arist. in Problemat.

LATIO.

LATIO, est actus mobilis localiter, provt est in potentia ad acquirendum locum. Vt, transitus à fenestra ad ianuam. Ex Arist. 4. Physicorum.

LATITVDO.

LATITVDO, est dimensio corporalis magnitudinis, ab vno latere

in aliud, ſeu in tranſuerſum.

LAVS.

Lavs, eſt oratio, quæ virtutis magnitudinem indicat. Ariſtot. 1. Rhetor. Seu

Lavs, eſt cognitio excellentis boni cum approbatione, & reputatione agentis illùd. Ex eodem ibidem.

LENTITVDO.

Lentitvdo, eſt vitium quo quis ita inſenſibilis eſt mali, & iniuriarum, vt non excitetur ad iram quando etiam ſecundùm rectam rationem oportet.

LEVE.

Leve, eſt quod ferri natum eſt à medio. Ariſt. 1. de Cœlo.

Leviss imvm, eſt quod ſuperemineat omnibus quæ ſurſum feruntur. Idem ibidem.

Leve ſimpliciter, eſt quod fertur ad locum ſupremum. Vt, ignis. Ex Ariſt. 2. de Cœlo, cap. 3.

Leve ſecundùm quid, eſt quod fertur ad locum propè ſupremum. Vt, aër. Ex eodem.

tionem; & ad hanc pertinent contractus, &c. Ex Aristot. 4. Ethic. cap. 2.

LAC.

LAC est sanguis magis concoctus, & corruptus, seu humidior, frigidiórque redditus. Ex Arist. 4. de Gener. Anim. cap. 8.

LACRYMÆ.

LACRYMÆ, sunt humor cerosus, ex oculis expressus, vel comprimente partes eorum frigore, in tristitia, vel liquefaciente calore præ vehementi gaudio. Ex Arist. in Problemat.

LATIO.

LATIO, est actus mobilis localiter, prout est in potentia ad acquirendum locum. Vt, transitus à fenestra ad ianuam. Ex Arist. 4. Physicorum.

LATITVDO.

LATITVDO, est dimensio corporalis magnitudinis, ab vno latere

in aliud, seu in transuersum.

LAVS.

Lavs, est oratio, quæ virtutis magnitudinem indicat. Aristot. 1. Rhetor. Seu

Lavs, est cognitio excellentis boni cum approbatione, & reputatione agentis illud. Ex eodem ibidem.

LENTITVDO.

Lentitvdo, est vitium quo quis ita insensibilis est mali, & iniuriarum, vt non excitetur ad iram quando etiam secundùm rectam rationem oportet.

LEVE.

Leve, est quod ferri natum est à medio. Arist. 1. de Cœlo.

Leviss imvm, est quod superemineat omnibus quæ sursum feruntur. Idem ibidem.

Leve simpliciter, est quod fertur ad locum supremum. Vt, ignis. Ex Arist. 2. de Cœlo, cap. 3.

Leve secundùm quid, est quod fertur ad locum propè supremum. Vt, aër. Ex eodem.

tionem; & ad hanc pertinent contractus, &c. Ex Aristot. 4. Ethic. cap. 2.

LAC.

LAC est sanguis magis concoctus, & corruptus, seu humidior, frigidiórque redditus. Ex Arist. 4. de Gener. Anim. cap. 8.

LACRYMÆ.

LACRYMÆ, sunt humor cerosus, ex oculis expressus, vel comprimente partes eorum frigore, in tristitia, vel liquefaciente calore præ vehementi gaudio. Ex Arist. in Problemat.

LATIO.

LATIO, est actus mobilis localiter, prout est in potentia ad acquirendum locum. Vt, transitus à fenestra ad ianuam. Ex Arist. 4. Physicorum.

LATITVDO.

LATITVDO, est dimensio corporalis magnitudinis, ab vno latere

in aliud, seu in transuersum.

LAVS.

Lavs, est oratio, quæ virtutis magnitudinem indicat. Aristot. 1. Rhetor. Seu

Lavs, est cognitio excellentis boni cum approbatione, & reputatione agentis illùd. Ex eodem ibidem.

LENTITVDO.

Lentitvdo, est vitium quo quis ita insensibilis est mali, & iniuriarum, vt non excitetur ad iram quando etiam secundùm rectam rationem oportet.

LEVE.

Leve, est quod ferri natum est à medio. Arist. 1. de Cœlo.

Leviss imvm, est quod superemi-net omnibus quæ sursum feruntur. Idem ibidem.

Leve simpliciter, est quod fertur ad locum supremum. Vt, ignis. Ex Arist. 2. de Cœlo, cap. 3.

Leve secundùm quid, est quod fertur ad locum propè supremum. Vt, aër. Ex eodem.

tionem; & ad hanc pertinent contractus, &c. Ex Aristot. 4. Ethic. cap. 2.

LAC.

LAc est sanguis magis concoctus, & corruptus, seu humidior, frigidiórque redditus. Ex Arist. 4. de Gener. Anim. cap. 8.

LACRYMÆ.

LACRYMÆ, sunt humor cerosus, ex oculis expressus, vel comprimente partes eorum frigore, in tristitia, vel liquefaciente calore præ vehementi gaudio. Ex Arist. in Problemat.

LATIO.

LATIO, est actus mobilis localiter, prout est in potentia ad acquirendum locum. Vt, transitus à fenestra ad ianuam. Ex Arist. 4. Physicorum.

LATITVDO.

LATITVDO, est dimensio corporalis magnitudinis, ab vno latere

in aliud, seu in transuersum.

LAVS.

LAVS, est oratio, quæ virtutis magnitudinem indicat. Aristot. 1. Rhetor. Seu

LAVS, est cognitio excellentis boni cum approbatione, & reputatione agentis illùd. Ex eodem ibidem.

LENTITVDO.

LENTITVDO, est vitium quo quis ita insensibilis est mali, & iniuriarum, vt non excitetur ad iram quando etiam secundùm rectam rationem oportet.

LEVE.

LEVE, est quod ferri natum est è medio. Arist. 1. de Cœlo.

LEVISSIMVM, est quod supereminet omnibus quæ sursum feruntur. Idem ibidem.

LEVE simpliciter, est quod fertur ad locum supremum. Vt, ignis. Ex Arist. 2. de Cœlo, cap. 3.

LEVE secundùm quid, est quod fertur ad locum propè supremum. Vt, aër. Ex eodem.

in aliud, seu in transuersum.

LAVS.

Lavs, est oratio, quæ virtutis magnitudinem indicat. Aristot. 1. Rhetor. Seu

Lavs, est cognitio excellentis boni cum approbatione, & reputatione agentis illud. Ex eodem ibidem.

LENTITVDO.

Lentitvdo, est vitium quo quis ita insensibilis est mali, & iniuriarum, vt non excitetur ad iram quando etiam secundùm rectam rationem oportet.

LEVE.

Leve, est quod ferri natum est à medio. Arist. 1. de Cœlo.

Leviss imvm, est quod superemineat omnibus quæ sursum feruntur. Idem ibidem.

Leve simpliciter, est quod fertur ad locum supremum. Vt, ignis. Ex Arist. 2. de Cœlo, cap. 3.

Leve secundùm quid, est quod fertur ad locum propè suprem um. Vt, aër. Ex eodem.

LEVITAS.

Levitas, est principium motus sursum in leui corpore. Seu

Levitas, est principium effectiuum motus à medio, seu ad locum superiorem. Ex Arist. & interpretibus.

LEX.

Lex, est oratio quædam, quæ communi ciuitatis consensu definita, iubet quo pacto vnumquodque agendum sit. Ex Arist. Rhetoric. ad Alexandrum.

Lex, est regula seu mensura actuum agendorum, vel omittendorum ex dictamine rationis. Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 90. 1.

LIBERALITAS.

Liberalitas, est virtus bene dispensandi diuitias, in vsus bonos sibi, suisque, & aliis. Ex Arist. 2. Moral. Nicom. cap. 7. Et D. Tho. 1. 2. quæst. 117. art 1.

Liberalitas, est virtus quæ moderatur amorem pecuniæ, & hos faciles reddit ad eas expen-

dendas, quando ratio dictat. Ex iiſdem ibidem.

LIBERTAS.

LIBERTAS, eſt vis agendi, vel non agendi, quidquid libet. Ex Interpretibus in Ethic.

LIBERTAS, eſt poteſtas ſeu dominium in proprios actus, vt ferri poſſunt in oppoſita. Ex iiſdem.

LIBERTAS ſpecificationis, ſeu contrarietatis, eſt qua facultas aliqua poteſt in obiectum ferri, actibus contrariis. Vt, voluntas poteſt amare, vel odiſſe pecuniam. Ex iiſdem.

LIBERTAS exercitij, ſeu contradictionis, eſt qua facultas poteſt tantùm vnius ſpeciei actum circa obiectum elicere, vel non elicere. Vt, actum amoris circa quodlibet particulare bonum, non tamen actum odij. Ex iiſdem.

LIBIDO.

LIBIDO, eſt appetitus vehemens contra rationem excitatus.

LIEN.

LIEN, eſt ſpecies anguſta, &

longa ſiniſtræ parti annexa ad
ſus iecur, melancholici hum
ſedes. Lib. 1. de Hiſt. cap. 1
lib. 2. cap. 17.

LINEA.

Linea, eſt quantitas extenſ
longitudinem tantùm, omni
tudine, & profunditate car
Ex Ariſtot. in Prædicament.
Metaphyſic.

LINGVA.

Lingva, eſt pars heterogen
formandæ voci, percipiendíſ
ſaporibus, & cibis à natura o
nata. Ex Ariſt. de Partib. anim

LOCVS.

Locvs, eſt ſupeficies corp
ambientis, prima, & immobi
Ex Ariſt. 4. Phyſic. cap. 2.

Locvs circumſcriptiuus,
quo ita ambitur locatum, vt q
libet huius pars cuilibet illius p
ti reſpondeat, & totum toti.
ſunt loca corporum. Ex Ariſt.
Interpretib.

Locvs definitiuus, eſt quo
ambitur locatum, vt totum ſi

toto, & totum in qualibet parte loci. Vt locus in quo eſt Angelus. Ex iiſdem.

Locvs Sacramentalis, eſt in quo res corporea exiſtit modo indiuiſibili. Vt, corpus Chriſti in hoſtia.

Locvs communis, eſt qui continet multa locata. Vt, cubiculum. Ex iiſdem.

Locvs proprius, eſt qui vnum tantùm locatum ambit. Ex iiſdem.

Locvs totalis, eſt qui totum locatum adæquatè capit. Ex iiſdem.

Locvs naturalis, eſt ad quem res ſuapte natura propendet, & in quo conſeruatur. Vt, ſpatium ſimpliciter deorſum eſt locus terræ. Ex iiſdem.

Locvs violentus, eſt in quo res contra, vel præter naturam ſuam, detinetur. Vt, aër, in quo ſuſpenſus lapis tenetur. Ex iiſdem.

LOGICA.

Logica, eſt facultas bene diſſerendi. Ex Ariſt. 1. Rhetor. cap. 1.

Logica naturalis, eſt lumen

intellectus, quo quis naturaliter, absque præceptis facilè, rectéque circa aliqua principia, & conclusiones discurrit. Ex eodem ibidem, & Interpretibus in Prolegomenis Logicæ.

Logica artificiosa, est facultas ex vsu, & præceptionibus comparata, ad facilè, & sine errore discurrendum de qualibet re proposita. Ex iisdem.

Logica docens, est scientia practica quæ circa mentis operationes rectitudine artificiosa informandas occupatur. Ex D. Thom. 5. Metaph. lect. 4. Et Scoto quæst. 1. in Porphyr.

Logica vtens, est facultas, quæ docentis præcepta in qualibet singulari materia exercet. Ex iisdem.

LONGANIMITAS.

Longanimitas, est virtus, qua proueniens ex rei expectatæ dilatione molestia, æquo animo fertur. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 17. art. 5.

LOQVACITAS.

LOQVACITAS, est resoluta loquendi sine ratione intemperantia. Pseusip. de Platonis definition.

LVCTVS.

LVCTVS, est tristitia de morte carorum, externis designata indiciis.

LVDVS.

LVDVS, est actio ludicra, aduersus animalis fatigationem ad animæ quietem, & delectationem instituta Ex Diuo Thoma 1. 2. quæst. 1, art. 6. & 2. quæst. 168. art. 2.

LVMEN.

LVMEN, est actus perspicui, vt perspicuum est Arist 3. de Anima cap. 3. Seu

LVMEM, est accidens reale, per se visibile, & quo mediante cernuntur cætera, Ex eodem ibidem.

MAGIA.

MAGIA, est ars effectrix mirabilium, quæ videntur vires naturæ excedere. Ex Apuleio Apologia 1.

MAGIA dæmoniaca, est potestas, qua ex pacto cum dæmone inito, efficiuntur quædam, quæ videntur supra naturam. Ex Ficino in Apologia.

MAGIA naturalis, est ars faciendi mirabilia, ex notitia occultarum naturæ virium, & proprietatum. Ex eodem ibidem.

MAGIS ET MINVS.

MAGIS ET MINVS propriè dicitur, secundùm intensionem gradualem qualitatis, ita vt illa qualitas, magis, & minùs suscipere dicatur, quæ secundùm eamdem partem subiecti, vel in subiecto indiuisibili potest intendi, & remitti, id est augeri, & diminui, seu plures suæ entitatis gradus admit-

tere. Vt, calor in eadem corporis parte poteſt augeri vſque ad octauum gradum, vel diminui, vſque ad ſui corruptionem. Sic in intellectu, ſcientia habitualis intenditur vel remittitur, & qualitates quidem huiuſmodi non in abſtracto, ſed in concreto, magis, & minùs dicũtur, non enim dicitur magis, aut minùs calor, ſed magis, aut minùs calidum. Magis, & minùs etiam dicitur, quod nobiliori, vel ignobiliori modo ſe habet. Vt, ſol dicitur magis calidus, quàm aër, quia ille eſt eminenter, & cauſaliter calidus; hic formaliter, & participatiuè à ſole. Sic Ariſtoteli in categoriis prima ſubſtãtia dicitur magis ſubſtãtia, quàm ſecundæ, quia nobiliori modo ſubſiſtit, ſcilicet in actu exercito; hæ autem in actu ſignato tantùm: illa etiam pluribus ſubſtat, nempe ſecundis ſubſtantiis, & etiam accidentibus, idque propria virtute; cùm hæ tantùm virtute primarum, & per primas ſubſtare dicãtur. Vt, Petrus, per ſe,

& vi propria ſubſiſtit, ſuſtinétque albedinem, Philoſophiam, &c. Homo autem, animal, & viuens per Petrum, & in Petro ſubſiſtunt, ac ſubſtant.

MAGNANIMITAS.

MAGNANIMITAS, eſt virtus ad opera magna, & heroïca, in omni virtutum genere inclinans. Ariſt. 2. Ethicor. cap. 7.

MAGNIFICENTIA.

MAGNIFICENTIA, eſt virtus, qua quis magnis ſumptibus, in externa materia, aliquid magni efficit. Ex Ariſt. 1. Magn. Moral. cap. 24. & 6. Moral. Eudem. cap. 8. & Rhetor. 1 Seu

Eſt rerum magnarum, & excelſarum, cum ampla quadam, & ſplendida propoſitione cogitatio, atque adminiſtratio. ex D Auguſ.

MAIVS ET MINVS EXTREMVM.

MAIVS extremum, ſeu maior extremitas, eſt terminus, qui ponitur in maiori propoſitione, cum medio. Ex Ariſt. 1. Priorum. Seu

Eſt

Eſt terminus, qui præſtantiorem locum in ſyllogiſmo obtinet.

MINVS extremum, ſeu minor extremitas, eſt terminus qui ponitur in minori propoſitione cum medio. Ex eodem ibidem. Seu

Eſt terminus, qui minùs præſtantem locum, in ſyllogiſmo tenet. Vt, in hoc ſyllogiſmo:

Homo eſt animal.
Petrus eſt homo.
Ergo Petrus eſt animal.

Animal eſt maius extremum, Petrus minus extremum.

MALVM.

MALVM, eſt quod habet diſconuenientiam, & difformitatem, cum appetitu. Vt, morbus. Ex Alberto Magno in Met. Ttact, 2. cap. 5.

MANNA.

MANNA, vulgare, eſt liquor candidus, melliti ſaporis, ex ſubtilioribus terræ partibus ſurſum attractis, & vapore pertenui, paruóque, & multùm decocto humido coaleſcens.

MANSVETVDO.

MANSVETVDO, est virtus quæ iram moderatur, ac frænat. Arist. 2. Ethic. cap. 7. & 4. Ethic. cap. 5.

MATHEMATICA.

MATHEMATICA, est scientia, quæ in numerorum, figurarúmque contemplatione versatur.

MATERIA.

MATERIA latè, est in qua aliquid recipitur, vel ex qua fit, aut circa quam versatur. Comm.

MATERIA in qua, est subiectum in quo accidens recipitur, & dicitur causa materialis. Vt, aër est materia in qua, & materialis causa luminis. Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 55. art. 4.

MATERIA ex qua, est id ex quo, siue permanente, siue transeunte, aliquid efficitur. Vt, lignum ex quo cathedra, & sanguis ex quo caro. Ex eodem ibidem.

MATERIA circa quam, est res ea in cuius contemplatione, productione, vel directione versatur habitus. Vt, corpus naturale, est ma-

teria Physicæ; mentis operationes dirigibiles, Logicæ. Ex eodem ibidem.

MATERIA prima, est primum subiectum, ex quo aliquid fit, in quod insit, & si quid corrumpitur, vltimò resoluitur. Ex Aristot. 1. Physic. Seu

Neque est quid, neque quantum, neque quale, neque eorū aliquid, quibus ens dicitur determinatum, neque eorum negationes sed est id cui quodlibet horum accidit. Ex Arist. 2. Metaphys. 7. cap. 1. Seu

Est substantia incompleta, ex se omni forma carens, potens tamen omnes recipere, & cum qualibet substantiale compositum Physicum constituere. Ex eodem locis citatis.

MATERIÆ potentia vniuersalis, est entitas materiæ, prout formarum omnium, tam substantialium, quàm accidentalium successiue recipiendarum capax est. Ex eodem ibidem.

MATERIÆ potentia particula-

ris, est ipsa materiæ capacitas, certis accidentibus, ad vnam potiùs quàm ad aliam formam recipiendam, determinata. Vt, materia, habens siccitatem & calorem, habet particularem potentiam, ad formam ignis, potiùs quàm aquæ. Ex Interpretib. in 1. Physic.

MATERIÆ appetitus, est naturalis inclinatio, & propensio materiæ, in formam tanquam in proprium bonum, & perfectionem. Ex iisdem ibidem

MAXIMVM ET MINIMVM.

MAXIMVM quod sic, est terminus magnitudinis intrinsecus, & quantitas, sub qua res esse potest, non potest autem sub maiori. Vt, si corpus humanum excrescere possit, ad quantitatem septempedalem, non vltrà. Ex Intepretib. in 1. Physicor.

MINIMVM quod sic, est terminus paruitatis intrinsecus, & quantitas, sub qua res esse potest, non potest autem sub minori. Vt, quantitas digitalis respectu hominis, &

sub ea, non sub minori, esse possit. Ex iisdem.

MAXIMVM quod non, est paruitatis terminus extrinsecus, & quantitas, sub qua res esse non potest, potest autem sub maiori. Vt, si homo non posset cõsistere sub quantitate nucis, sed sub qualibet maiori. Ex iisdem.

MINIMVM quod non, est terminus magnitudinis extrinsecus, & quantitas sub qua res non potest conseruari, potest autem sub minori. Vt, quantitas octopedalis, verbi gratia, respectu hominis. Ex iisdem.

MEDIVM.

MEDIVM morale, est id quod assumitur ad agente, ad finem consequendum. Vt, eleemosyna ad beatitudinem. Ex Aristot. & D. Thom. passim.

MEDIVM syllogismi, est in quod assumitur, ad probandum vnum de alio. Vel

Est terminus, qui bis ponitur in præmissis, numquam in conclusio-

ne. Vt, rationale, ad probandum hominem esse risibilem. Aristot. 1. Prior.

Medium per participationem extremorum, est quod ex vtroque extremo, vel formaliter, vel virtualiter cõponitur. Vt, tepor, medium est caloris, & frigoris; & rubor, cetereque colores, medij sunt inter albedinem, & nigredinem, Ex eodem 1. Metaphys. cap. 3.

Medium per negationem extremorum, dicitur illud subiectum, quod vtriusque extremi recipiendi capax est, neutrum tamen necessariò habet, & potest vtroque carere. Vt, voluntas, respectu virtutis, & vitij; intellectus, respectu scientiæ, & erroris. Ex Alensi in 10. Metaphys. text. 19.

Medium inter extrema, dicitur illud quod ita inter duas extremitates interiacet, vt earũ nihil planè participet. Sic virtus in mediò vitiorum consistere dicitur. Verbi gratia, liberalitas, inter auaritiam, & prodigalitatem. Ex eodem ibid.

MEDIVM Arithmeticum, est quod æqualiter excedit numerum minorem, & exceditur à maiori, secundùm excessum quantitatis, non secundùm proportionem. Vt, senarius ternarium ternario excedit, & ternario exceditur à nouenario. Ex Diuo Thom. de Verit. quæst. 1.

MEDIVM Geometricum, est cùm vnum exceditur ab alio, secundùm eamdem proportionem, quæ sit proportio propriè dicta, secundùm quam excedit; sic sex excedunt tria, in proportione dupla, & exceduntur à duodecim, in eadem proportione dupla. Ex eodem.

MEDIVM quod, seu suppositi, est cùm inter agens, & passum, mediat suppositum quod priùs recipit actionem agentis, quàm perueniat ad passum. Vt, aër est medius inter ignem agentem, & manum patientem. Ex Arist.

MEDIVM quo, est forma per quam agens producit effectū. Vt,

calor, est medium quo ignis agit in manum.

Medivm sub quo, est quod potentiam perficit ad agendum in generali, eam non determinans ad obiectum speciale. Vt, lumen est medium sub quo percipit oculus colorem quemliber.

Medivm in quo, est id per cuius inspectionem ducitur potentia, in alterius rei notitiam. Vt, in speculo cernitur res obiecta, & in imagine res repræsentata.

MEL.

Mel, est succus ex varia tenuis vaporis, & subtiliorum terræ partium admistione, humido aqueo nõ multùm dissoluto procreatus. Ex Arist de Hist. Animal. cap. 22.

MEMBRANA.

Membrana, est pellicula quæ inuestit aliquas corporis partes. Vt, in oculo sunt quinque membranæ, quibus humor chrystallinus occluditur.

MEMBRVM.

Membrvm, est pars organica

corporis Physici, ad aliquem vitæ vsum à natura ordinata. Vt, manus. Ex eodem 1. de Generat. Animal. 1. & 2. de Partib. Animal. cap. 1.

MEMORIA.

Memoria, est facultas animæ, recipiendis, conseruandísque rerum cognitarũ speciebus, à natura instituta. Ex Albert. Magn. in sum. de homin. Tract. de Memor. Simplicio 3. de Anim. & aliis.

Memoria vt actus, est rei antea cognitæ vt cognita est repetita cognitio. Seu

Est regressus ad notionem eius, quod fuit antea apprehensum, provt apprehensum fuit. Ex iisdem.

MENDACIVM.

Mendacivm, est locutio contra mentem, cùm videlicet aliud loquimur exteriùs, aliud interiùs sentimus. Ex D. Thom. 2. 2 quæst. 98. art. 1 quæst. 110. art. 1.

METAPHYSICA.

Metaphysica, est scientia om-

nium præstantissima, quæ circa ens, vt ens est, speculandum occupatur. Ex Arist. 1. Metaphys.

METAPHYSICA, est speculatiua scientia causarum omnium primarum, & primorum principiorum. Ex Arist 1. Metaphys. cap. 2.

MISCIBILE.

MISCIBILE, est id, ex quo tanquam ex parte materiali constituitur mixtum. Vt, aqua, terra. Ex Arist. 2. de Ortu, cap. 2.

MISERICORDIA.

MISERICORDIE, est virtus, qua alienæ miseriæ, quantum possumus subuenimus. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 30 art. 1.

MISTIO.

MISTIO, est miscibilium alteratorum vnio. Ex Aristot. 1. de Ortu, cap 8. Seu

Est actio, qua ex pluribus elementis inter se refractis, mistum ab iis essentialiter diuersum, constituitur. Vt, actio, qua producitur [illegible]is. Ex eodem ibidem.

MIXTVM.

MIXTVM, eſt compoſitum ſubſtantiale, quod ex elementis, in ipſo virtute, non actu manentibus conflatur. Vt, lapis, arbor. Ex eodem ibidem.

MONSTRVM.

MONSTRVM, eſt naturalis effectus à recta, & ſolita ſecundùm ſpeciem diſpoſitione degenerans. Ex eodem 4. de Generat. Animal. cap. 4. & 2. Phyſic. cap. 3.

MODERATIO.

MODERATIO, eſt virtus, quæ corporis motum, geſtúmque componit.

MODESTIA.

MODESTIA, eſt virtus, qua quis intra modum, & limites ſui ſtatus, ingenij, & fortunæ, ſe continet ſuo modulo contentus. Ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 143.

MODVS.

MODVS vna ſignificatione, eſt entitas quæuis determinans, aut contrahens. Vt, quantitas eſt ſubſtantiæ modus, rationale animalis,

Modvs alia significatione, est determinatio rei finitæ, præfixa secundùm mensuram eius. Seu

Est commensuratio rei ad sua principia.

Modvs alio sensu, est aliquid rei creatæ entitati affixum, eam primò per se aliquatenus, vt ratio formalis afficiens, ab eáque inseparabile, etiam sine quo res esse potest. Vt, figura rotunda modus est quantitatis, & sessio hominis, sedentis.

Modi habendi dicuntur hi, quibus potest aliquid ab alio haberi, enumerantur autem ab Arist. septem in Postpredicamentis, & 7. Metaphys. cap. 20. & 23. Silicet, habere aliquid per modum qualitatis, vt scientiam; magnitudinis, vt cubitum; circumpositi, seu adiacentis, vt vestem; partis, vt manum; contenti, vt vas aquam; possessi, vt lignum; denique habere vxorem.

Modi prioris, & posterioris, ab eadem in Postprædicamentis

quinque recenſentur, ſcilicet.

Prius tempore, quod aliud temporis duratione præcedit. Vt, Adamus Abelem.

Prius natura dicitur illud, quod infertur ab alio, non autem ipſum infert, ſeu (vt loquuntur) à quo ad aliud non tenet ſubſiſtendi conſequentia. Vt, animal natura prius eſt homine, quia bene infertur, eſt homo ergo animal: non autem, eſt animal, ergo homo.

Prius ordine dicitur, quod ſecundùm naturæ ordinem, & diſpoſitionem præcedit alterum. Vt, exordium natrationem.

Prius dignitate, quod alterum naturæ præcellentia antecedit. Vt, homo bſtutum.

Prius cauſalitate, dicitur omnis cauſa vt cauſa reſpectu effectus vt effectus. Vt, ſol lumine, homo riſibilitate. Et tot modis dicitur poſterius, quot prius, cùm ſint relata mutua.

Mode ſimul, tres ab Ariſtot. citat. eſſe dicuntur, ſcilicet,

Modvs alia significatione, est determinatio rei finitæ, præfixa secundùm mensuram eius. Seu

Est commensuratio rei ad sua principia.

Modvs alio sensu, est aliquid rei creatæ entitati affixum, eam primò per se aliquatenus, vt ratio formalis afficiens, ab eáque inseparabile, etiam sine quo res esse potest. Vt, figura rotunda modus est quantitatis, & sessio hominis, sedentis.

Modi habendi dicuntur hi, quibus potest aliquid ab alio haberi, enumerantur autem ab Arist. septem in Postprędicamentis, & 7. Metaphys. cap. 20. & 23. Silicet, habere aliquid per modum qualitatis, vt scientiam; magnitudinis, vt cubitum; circumpositi, seu adiacentis, vt vestem; partis, vt manum; contenti, vt vas aquam; possessi, vt lignum; denique habere vxorem.

Modi prioris, & posterioris, ab eadem in Postprædicamentis

quinque recenſentur, ſcilicet.

Prius tempore, quod aliud temporis duratione præcedit. Vt, Adamus Abelem.

Prius natura dicitur illud, quod infertur ab alio, non autem ipſum infert, ſeu (vt loquuntur) à quo ad aliud non tenet ſubſiſtendi conſequentia. Vt, animal natura prius eſt homine, quia bene infertur, eſt homo ergo animal: non autem, eſt animal, ergo homo.

PVLMONES sunt spumosæ cuiusdam molisque naturæ, beneficio cuius nunc se dilatantes, nunc contrahentes aditum spiritui patefaciunt, originem sui motus à corde habentes. Lib. de Gener. cap 1. 6.

PVSILLANIMITAS.

PVSILLANIMITAS, est vitium, per quod fit, vt neque fortunam, nec infortunium, neque nomen, nec ignominiam quis ferre possit. Ex Aristot. de Virtutibus & vitiis. Seu

PVSILLANIMITAS, est vitium, quo quis omnia nimis magna, & suam vim, dignitatémque excedentia iudicat. Ex eodem ibidem, & 4. Ethic. cap. 3. Et D. Thom. 2. 2. quæst. 133. art. 2.

QVÆSTIO

QVÆSTIO.

QVÆSTIO, eſt in controuerſiam, ſeu ambiguitatem adducta enuntiatio. Vt, cœlum ſitne rotundum. Ex Alexandro Aphrod. & Boëtio in Topica.

QVALITAS.

QVALITAS latè, eſt quidquid ſubſtantiam, quoquo modo perficit, ac determinat; & ſic quilibet modus, vt vnio: quodlibet accidens, vt paternitas, dici poteſt qualitas. Ex Ariſtot. 5. Metaphyſic. cap. 14.

QVALITAS ſubſtantialis, eſt forma ſubſtantialis, ſeu Phyſica, ſeu Metaphyſica, materiam, vel genus contrahens, & determinans. Vt, anima, rationalitas. Ex eodem 4. Metaphyſic. cap. 5. & Platone in Timæo.

QVALITAS propriè dicta, eſt ſecundùm quam aliquid denominatur quale. Ex Ariſtot. in Prædi-

cament. cap. de Qualit. Seu

Est accidens absolutum, per se, primò ordinatum, ad ornandam intrinsecè substantiam, vt conuenienter affecta sit, in suo esse, vel virtute agendi. Vt, intellectus, scientia, calor. Ex Arist. citato. D. Thom. 5. Metaphysic. lectione 9. & aliis passim.

QVANDO.

QVANDO, prædicamentum est, quod ex adiacentia temporis relinquitur. Ex D. Thom. Opuscul. 48. Seu

Est accidens, secundùm quod res dicitur commensurari tempori præterito, præsenti, vel futuro. Ex Arist. in Prædicam. & 5. Metaph. Gilberto de sex principiis, & aliis.

QVANTITAS.

QVANTITAS virtutis, est perfectio quælibet, seu substantialis, seu accidentalis, à qua subiectum quantum dicitur. Vt, Philosophia. Ex D. Augustt. 6. de Trinit. cap. 8. Et Diuo Thom. 1. part. quæst. 42. art. 1.

QVANTITAS molis, eſt accidens per ſe extenſum, extendénſque ſubſtantiam impenetrabiliter, in ordine ad locum. Ex Scoto in 4. diſt. 10. quæſt. 1. art. 2. & 5. Metaphyſic. quæſt. 9. Durando in 1. diſtinct. 34. quæſt. 1. & aliis.

QVANTITAS continua, eſt cuius partes communi termino copulantur. Vt, linea. Ex Ariſtot. in Prædicam cap. de Quantit.

QVANTITAS diſcreta, eſt cuius partes inter ſe nullo naturali nexu vniuntur. Vt, numerus ternarius. Ex eodem ibidem.

QVANTITAS permanens, eſt cuius partes poſſunt ſimul tempore omnes conſiſtere. Vt, linea. Ex eodem ibidem.

QVANTITAS ſucceſſiua, eſt cuius partes nunquam ſunt ſimul; ſed continuò fluenter ſibi inuicem ſuccedunt. Vt, tempus, & motus. Ex eodem ibidem.

QVANTVM.

QVANTVM eſt diuiſibile in ea quæ in ſunt, quorũ vtrumque, aut

singulum vnum quid, & hoc aliquid aptum est esse. Arist. 5. Metaphysic. cap. 13.

QVANTVM per se, est quod per se extentionem habet. Vt, linea, superficies.

QVANTVM per accidés, est quod ab alio extenditur. Vt, materia.

QVIDDITAS.

Vide ESSENTIA.

QVIES.

QVIES, est immobilitas, illi cui inest motus. Ex Aristot. 3. Physic. cap. 5. Seu

Est priuatio motus. Idem 8. Physic cap. 3.

QVIES naturalis, est consistentia rei in proprio loco, seu termino. Vt, lapis in centro quiescit. Ex eodem ibidem, & 2. Physic. ac Interpretibus.

QVIES violenta, est detentio rei, ab aliquo extrinseco, extra locum naturalem. Vt, dum lapis in aëre fune suspensus detinetur. Ex iisdem.

QVIESCERE dicitur, id quod similiter se habet & ipsum, & partes, nunc, & prius, Aristot. 6. Physic

QVINTA-ESSENTIA.

QVINTA-ESSENTIA, dici solet cœlum, quia nec est elementum, nec constat elementis: dicitur porro quinta-essentia Peripateticorum, quia cœlorum naturam Aristoteles clariùs explicuit, quàm antiquiores Philosophi.

RADIVS.

RADIVS, est participatio, vel affectus lucis, secundùm rectam lineam in diaphano. Ex D. Thom. in 2. de Anim. lect. 14. Seu

RADIVS, est lumen provt à corpore lucido, per lineam rectam diffunditur. Ex Alberto in 2. de Anim. Tract. 3. cap 10

RADIVS reflexus, est qui à corpore luminoso in opacum incur-

rit, eadémque in se reciproca conuersione redit. Ex iisdem.

RADIVS fractus, est qui per medium ratum transiens, in densum sese colligit. Vt, cùm ab aëre desiliens aquam traiicit. Ex iisdem.

RADIVS refractus, est qui per medium densum transiens, in rarius diffunditur. Vt, cùm ex nube in aërem. Ex iisdem.

RARITAS.

RARITAS, est qualitas, secundùm quam res dicitur habere parum materiæ, sub magna extensione. Ex D. Thom. 1. de Generat. & Corrupt. lect. 14. & 3. parte quæst. 78. art. 2.

RAREFACTIO.

RAREFACTIO, est motus ad raritatem. Vt, dum aqua calefit rarescit. Ex eodem ibidem.

RARVM.

RARVM, est quod sub magnis dimensionibus, parum obtinet materiæ. Vt, spongia Arist. 4. Physic. cap 9.

RARVM, est cuius partes ita dis-

sident, vt inter ipsas alieni generis corpus admitti possit. Boët. & Ammon. in Prædicam.

RATIO.

RATIO, interdum idem est quod intellectus, vt 7. Politic. cap. 15. ratio autem, & mens nobis à natura finis. Et sic diuiditur in speculatiuam, & practicam, eodem lib. cap. 14 est enim ratio alia actiua, alia contemplatiua. Interdum pro actione intellectus, maximè discursiua; 1. Magnor. Moral. cap. 1. cunctæ siquidem scientiæ, cum ratione: atqui ratio in sola animæ parte gignitur, quã cogitamus, & ratiocinamur. 1. Eudem. Moral. cap. 1. ratione contendere, cum his qui non rationem, sed mulctã merentur, absurdũ est. Interdum pro rei definitione, in Prædicam. cap. 2. vniuoca sunt ea, quorum est idem nomen, ratio verò substantiæ nomini accõmodata omnino eadem. Interdum pro causa finali, 1. de Partibus Anim. cap. 1. principatũ sanè illa obtinere me-

retur, quam sub hoc verbo, cuius gratia, significamus, hæc enim ratio est. Ratio autem principium est pariter in rebus tam arte, quàm natura cõstituendis. Interdum pro causa quacumque, 2. Physic. cap. 2. Ratio est eorum, vel quæ semper fiunt, vel frequenter, fortuna est in iis, quæ fiunt præter hoc. Interdum etiam pro causa formali, pro rei essentia, seu pro eo, quod intellectus in re concipit, pro modo, seu methodo tractandi, & pro supputatione, quorum afferendis exemplis, tum quia sunt tritæ loquutiones, tum breuitatis causa, supersedeo.

RATIONALE.

RATIONALE dicitur dupliciter, scilicet omne intellectuale, & cognoscens, cum discursu; primum conuenit Deo, & Angelis, non autem secundum, sed est differentia animalis. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. 10. 1. distinct. 15. quæst. 1. art. 1.

RATIONALE materialiter, est

quod habet in se principium ratiocinandi. Vt, homo.

RATIONALE formaliter, est principium ratiocinandi, & differentia hominis constitutiua. Vt, rationalitas. Ex Aristot. Ethic. cap. 1.

RATIOCINARI.

RATIOCINARI, est vnum ex alio intelligendo inferre. Vt, virtus est qualitas, ergo accidens. Ex eodem 1. Magn. Moral. cap. 1.

RATIOCINATIO.

RATIOCINATIO, est actio intellectus, ex vno cognito, ad aliud cognoscendum procedentis. Ex eodem ibidem.

RATIOCINATIO causalis, est actio intellectus, ignotum ex noto propter aliquam connexionem vtriusque deducentis. Ex Diuo Thom. 1. part. quæst. 14. art. 4.

RECTITVDO.

RECTITVDO, est conformitas rei, cum sua regula. Vt, illa mentis actio dicitur recta, quæ attingit, seu cognoscit obiectum sicut in se est.

REGVLA.

REGVLA, eſt aliquid certum, notum, fixum, cui conformari debet res, aut actio, vt recta, vel bona dicatur. Vt, motus cœli, dicitur regula motuum ſublunarium.

RELATIO.

RELATIO, eſt ordo vnius ad alterum. Ex D. Thom. de Potent. quæſt. 7. art. 9.

RELATIVVM, ſeu relatum, eſt id quod per relationem alius reſpicit. Vt, pater, ſimile. Ex Ariſt. in Prædicam. ad aliquid.

RELATIONIS ſubiectum, eſt id quod in ſe relationem recipit. Vt, Petrus eſt ſubiectum paternitatis.

RELATIONIS terminus, eſt quod terminat relationem, in alio exiſtentem. Vt, pater eſt terminus filiationis, & filius paternitatis.

RELATIONIS fundamentum, eſt id quod cauſa eſt ſubiecto, vt referatur ad aliud. Vt, albedo eſt fundamentum ſimilitudinis, inter niuem, & ceruſſam Ex Alenſi 5. Metaphyſic. text. 20.

RATIO fundandi, est aliqua actio, vel conditio, sine qua non emerget, & relatio in fundamento. Vt, vnitas duarum albedinum, est ratio fundandi similitudinem. Ex Suare disp 47. Metaphysic. sectione 2. & 12.

RELATIONIS extrema, sunt ea, inter quæ tota clauditur relatio. Vt, nix, & ceruſſa, sunt extrema similitudinis.

CORRELATIO, est mutuus ordo, quo vnum refertur ad illud à quo respicitur. Vt, filiatio. Ex Arist. 5. Metaphysic. cap. 15.

CORRELATIVVM, est quod mutuò illud respicit, à quo respicitur. Vt, filius est patris correlatiuum, & pater filij. Ex eodem ibidem.

RELATIO realis, est qua vnum à parte rei ad aliud ordinatur. Vt, æqualitas, identitas. Ex Alensi 5. Metaphysic. text. 20.

RELATIO rationis, est quæ ab intellectu fingitur, inter ea, quæ suapte natura ad inuicem non referuntur. Vt, relatio generis, & spe-

cici, prædicati & subiecti. Ex eodem ibidem.

Relatio secundùm dici, est res, quæ concipitur, & explicatur, seu dicitur, per modum respectus, cùm in reipsa verum respectum non habeat. Sic omnipotentiam Dei intelligimus, & explicamus, per modum relationis, aut relatiui ad res possibiles, quamuis in se sit ens absolutum. Ex Arist. 5. Metaph. & in prædicam. cap. de Ad aliquid. Seu secundùm alios.

Est respectus inclusus, in potentiis, & habitibus, per quem ad sua obiecta referuntur. Vt, ordo visiuæ potentiæ, ad visibile; scientiæ, ad scibile. Ex Suare disp. 47. Metaph. sect. 3.

Relatio secundùm esse. est quæ habet proprium esse, cum habitudine ad aliud. Vt, paternitas. Arist. in Prædicam. ad aliquid.

Relatio transcendentalis, est respectus in rei absolutè essentia inclusus, eam referens ad aliud, non purè sub ratione termini, sed

cauſæ, ſubiecti, vel obiecti. Vt, relatio creaturæ ad Deum, accidentis ad ſubſtantiam, materiæ ad formam. Ex Suare citat.

RELATIO prædicamentalis, eſt accidens reale, cuius totum eſſe, eſt aliud ſub ratione puri termini, reſpicere. Vt, ſimilitudo. Ex Ariſt. lib. de Prædicam. cap. de Ad aliquid, & 5. Metaphyſ. cap. 5.

RELATIO mutua, eſt quæ in vtroque extremo eſt realis, vel in vtroque rationis. Vt, paternitas, & filiatio, reſpectus ſubiecti, & prædicati. Ex eodem ibidem.

RELATIO non mutua, eſt quæ in vno extremo realis eſt, in altero vel nulla, vel rationis tantùm. Vt, relatio creaturæ ad Deum, in creatura realis eſt, in Deo nulla. Ex Suare ibidem.

RELATIONES primi generis, ſunt quæ fundantur in vnitate, & numero ſubſtantiæ, quantitatis, aut qualitatis. Vt, identitas, æqualitas, ſimilitudo. Ex Ariſtot. in 5. Metaphyſic. cap. 15.

RELIGIO.

RELIGIO, est virtus, quæ debitum cultum Deo, tanquam primo rerum omnium principio exhibet. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 81.

REMINISCENTIA.

REMINISCENTIA, est actus memoriæ, quo anima, ex aliquo obiecto sensu percepto, redit in memoriam, eius quod erat oblita. Ex Arist. lib. de memoria & reminiscentia. Themistio 2. Paraphrasis cap. 4. Simplicio in 3. de Anima. Seu

REMINISCENTIA, est progressio, qua potentia memorandi, ex aliquo, aliq; ibúsve memoria cóprehensis, venit in cognitionem eius, quod nec memoriæ occurrebat, nec à memoria penitus exciderat Vt, cùm quis videns annulum ab amico datum, recordatur gerendi eius negotij, cuius erat oblitus. Ex iisdem.

REPTILE.

REPTILE, est animal, cuius corpus non multùm eleuatur à terra, per

per inſtrumenta motus; ſed repit vi coſtarum, vt ſerpens; vel vi annulorum, vt annuloſa; vel vi oris, vt quidem vermes; vel vi pennularum, vt piſces. Ex D. Thom. 1. quæſt. 72. & 2. diſtinct. 15. quæſt. 2. art. 2.

REPVGNANTIA.

REPVGNANTIA, ſunt quæ de eodem ſingulari ſimul verè affirmati non poſſunt. Vt, album & nigrum.

RESISTENTIA.

RESISTENTIA, eſt impedimentum, quo potentia ab alio retardatur in agendo. Ex eodem. 4. diſt. 11. quæſt. 1. art. 5. & diſt. 17. quæſt. 1. art. 5.

RESISTENTIA poſitiua, eſt qua paſſum reagendo in agens, eius virtutem debilitat. Vt, cùm aqua refrigidat ferrum calidum, à quo calefit. Ex eodem ibidem.

RESISTENTIA negatiua, eſt incapacitas ſubiecti, ad recipiendam formam, quæ eſt in agente. Vt, cœlum dicitur habere negatiuam reſiſtentiam formæ ignis. Seu

RELATIONES ſecundi generis, ſunt quæ fundantur in actione, & paſſione. Vt, paternitas, & filiatio; relatio doctoris,& diſcipuli. Idem ibidem.

RELATIONES tertij generis, ſunt quæ fundantur in mẽſura, & menſurabili. Vt, relatio intellectus ad intelligibile. Per menſuram intelligit Philoſophus, potentiarum, & habituum obiecta; per menſurabile ipſas potentias, & habitus. Idem ibidem.

RELATA tranſcendentalia, ſunt res abſolutæ, quæ eſſentialem ordinem dicunt ad aliud, vt cauſam, ſubiectum, vel obiectum. Exempla ſuperiùs habes. Ex Suare citato.

RELATA ſecundùm dici, ſunt ea, quæ id quod ſunt, aliorum eſſe, aut ad aliquid, aliquo alio modo dicuntur. Ariſt. in cap. de Ad aliquid.

RELATA ſecundùm eſſe, ſeu prædicamentalia, ſunt quorum totum eſſe, eſt ad aliquid ſeſe habere,

Idem ibidem.

RELATA mutua, ſunt ea, in quorum vtroque eſt relatio realis, vel in vtroque rationis. Commun.

RELATA non mutua, ſunt ea, in quorum altero eſt relatio realis; in altero nulla, vel rationis tantùm.

RELATA æquiparantiæ, ſunt in quorum vtroque eſt relatio eiuſdem nominis, & dignitatis. Vt, æqualia, ſimilia. Ex Alenſi 5. Metaphyſic. text. 20.

RELATA diſquiparantiæ, ſunt, in quibus relationes exiſtunt diuerſi nominis, & diuerſæ dignitatis. Vt, dominus, & ſeruus. Ex eodem ibidem.

RELATVM maioris comparationis, dicitur id, in quo eſt dignior relatio. Vt, pater. Ex eodem ibidem.

RELATVM minoris comparationis, dicitur illud, in quo eſt minoris dignitatis relatio. Vt, filius, quod eſt intelligendum in creatis; nam in diuinis, pater non eſt filio dignior. Ex eodem ibidem.

Relationes secundi generis, sunt quæ fundantur in actione, & passione. Vt, paternitas, & filiatio; relatio doctoris,& discipuli. Idem ibidem.

Relationes tertij generis, sunt quæ fundantur in mēsura, & mensurabili. Vt, relatio intellectus ad intelligibile. Per mensuram intelligit Philosophus, potentiarum, & habituum obiecta; per mensurabile ipsas potentias, & habitus. Idem ibidem.

Relata transcendentalia, sunt res absolutæ, quæ essentialem ordinem dicunt ad aliud, vt causam, subiectum, vel obiectum. Exempla superiùs habes. Ex Suare citato.

Relata secundùm dici, sunt ea, quæ id quod sunt, aliorum esse, aut ad aliquid, aliquo alio modo dicuntur. Arist. in cap. de Ad aliquid.

Relata secundùm esse, seu prædicamentalia, sunt quorum totum esse, est ad aliquid sese habere,

Idem ibidem.

RELATA mutua, ſunt ea, in quorum vtroque eſt relatio realis, vel in vtroque rationis. Commun.

RELATA non mutua, ſunt ea, in quorum altero eſt relatio realis, in altero nulla, vel rationis tantùm.

RELATA æquiparantiæ, ſunt in quorum vtroque eſt relatio eiuſdem nominis, & dignitatis. Vt, æqualia, ſimilia. Ex Alenſi 5. Metaphyſic. text. 20.

RELATA diſquiparantiæ, ſunt, in quibus relationes exiſtunt diuerſi nominis, & diuerſæ dignitatis. Vt, dominus, & ſeruus. Ex eodem ibidem.

RELATVM maioris comparationis, dicitur id, in quo eſt dignior relatio. Vt, pater. Ex eodem ibidem.

RELATVM minoris comparationis, dicitur illud, in quo eſt minoris dignitatis relatio. Vt, filius, quod eſt intelligendum in creatis; nam in diuinis, pater non eſt filio dignior. Ex eodem ibidem.

Relationes secundi generis, sunt quæ fundantur in actione, & passione. Vt, paternitas, & filiatio; relatio doctoris,& discipuli. Idem ibidem.

Relationes tertij generis, sunt quæ fundantur in mẽsura, & mensurabili. Vt, relatio intellectus ad intelligibile. Per mensuram intelligit Philosophus, potentiarum, & habituum obiecta; per mensurabile ipsas potentias, & habitus. Idem ibidem.

Relata transcendentalia, sunt res absolutæ, quæ essentialem ordinem dicunt ad aliud, vt causam, subiectum, vel obiectum. Exempla superiùs habes. Ex Suare citato.

Relata secundùm dici, sunt ea, quæ id quod sunt, aliorum esse, aut ad aliquid, aliquo alio modo dicuntur. Arist. in cap. de Ad aliquid.

Relata secundùm esse, seu prædicamentalia, sunt quorum totum esse, est ad aliquid sese habere,

Idem ibidem.

RELATA mutua, sunt ea in quorum vtroque est relatio realis, vel in vtroque rationis. Commun.

RELATA non mutua, sunt ea, in quorum altero est relatio realis, in altero nulla, vel rationis tantùm.

RELATA æquiparantiæ, sunt in quorum vtroque est relatio eiusdem nominis, & dignitatis. Vt, æqualia, similia. Ex Alensi 5. Metaphysic. text. 20.

RELATA disquiparantiæ, sunt, in quibus relationes existunt diuersi nominis, & diuersæ dignitatis. Vt, dominus, & seruus. Ex eodem ibidem.

RELATVM maioris comparationis, dicitur id, in quo est dignior relatio. Vt, pater. Ex eodem ibidem.

RELATVM minoris comparationis, dicitur illud, in quo est minoris dignitatis relatio, Vt, filius, quod est intelligendum in creatis; nam in diuinis, pater non est filio dignior. Ex eodem ibidem.

Relationes secundi generis, sunt quæ fundantur in actione, & passione. Vt, paternitas, & filiatio; relatio doctoris, & discipuli. Idem ibidem.

Relationes tertij generis, sunt quæ fundantur in mēsura, & mensurabili. Vt, relatio intellectus ad intelligibile. Per mensuram intelligit Philosophus, potentiarum, & habituum obiecta; per mensurabile ipsas potentias, & habitus. Idem ibidem.

Relata transcendentalia, sunt res absolutæ, quæ essentialem ordinem dicunt ad aliud, vt causam, subiectum, vel obiectum. Exempla superiùs habes. Ex Suare citato.

Relata secundùm dici, sunt ea, quæ id quod sunt, aliorum esse, aut ad aliquid, aliquo alio modo dicuntur. Arist. in cap. de Ad aliquid.

Relata secundùm esse, seu prædicamentalia, sunt quorum totum esse, est ad aliquid sese habere,

Idem ibidem.

RELATA mutua, sunt ea, in quorum vtroque est relatio realis, vel in vtroque rationis. Commun.

RELATA non mutua, sunt ea, in quorum altero est relatio realis, in altero nulla, vel rationis tantùm.

RELATA æquiparantiæ, sunt in quorum vtroque est relatio eiusdem nominis, & dignitatis. Vt, æqualia, similia. Ex Alensi 5. Metaphysic. text. 20.

RELATA disquiparantiæ, sunt, in quibus relationes existunt diuersi nominis, & diuersæ dignitatis. Vt, dominus, & seruus. Ex eodem ibidem.

RELATVM maioris comparationis, dicitur id, in quo est dignior relatio. Vt, pater. Ex eodem ibidem.

RELATVM minoris comparationis, dicitur illud, in quo est minoris dignitatis relatio, Vt, filius, quod est intelligendum in creatis; nam in diuinis, pater non est filio dignior. Ex eodem ibidem.

RELIGIO.

Religio, est virtus, quæ debitum cultum Deo, tanquam primo rerum omnium principio exhibet. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 81.

REMINISCENTIA.

Reminiscentia, est actus memoriæ, quo anima, ex aliquo obiecto sensu percepto, redit in memoriam, eius quod erat oblita. Ex Arist. lib. de memoria & reminiscentia. Themistio 2. Paraphrasis cap. 4. Simplicio in 3. de Anima. Seu

Reminiscentia, est progressio, qua potentia memorandi, ex aliquo, aliquibúsve memoria cóprehensis, venit in cognitionem eius, quod nec memoriæ occurrebat, nec à memoria penitus exciderat Vt, cùm quis videns annulum ab amico datum, recordatur gerendi eius negotij, cuius erat oblitus. Ex iisdem.

REPTILE.

Reptile, est animal, cuius corpus non multùm eleuatur à terra, per

per inſtrumenta motus; ſed repit vi coſtarum, vt ſerpens; vel vi annulorum, vt annuloſa; vel vi oris, vt quidem vermes; vel vi pennularum, vt piſces. Ex D. Thom. 1. quæſt. 72. & 2. diſtinct. 15. quæſt 2. art. 2.

REPVGNANTIA.

REPVGNANTIA, ſunt quæ de eodem ſingulari ſimul verè affirmari non poſſunt. Vt, album & nigrum.

RESISTENTIA.

RESISTENTIA, eſt impedimentum, quo potentia ab alio retardatur in agendo. Ex eodem. 4. diſt 11. quæſt. 1. art. 5. & diſt. 17. quæſt. 1. art. 5.

RESISTENTIA poſitiua, eſt qua paſſum reagendo in agens, eius virtutem debilitat. Vt, cùm aqua refrigidat ferrum calidum, à quo calefit. Ex eodem ibidem.

RESISTENTIA negatiua, eſt incapacitas ſubiecti, ad recipiendam formam, quæ eſt in agente. Vt, cœlum dicitur habere negatiuam reſiſtentiam formæ ignis. Seu

RESISTENTIA negatiua, est incompossibilitas effectus ab agente procedentis, cum aliqua forma patientis. Sic nigredo dicitur resistere albedini.

RESPIRATIO.

RESPIRATIO, est aëris attractio ab animali facta beneficio pulmonum, ad calorem internum temperandum. Ex Arist. lib. de Respiratione.

RISVS.

RISVS, est motus diaphragmatis, & musculorum pectoris, atque oris, ex delectatione, cum admiratione rei nouæ, inopinatæ, & ludicræ. Ex Arist. Problemat. sect. 37. & 1. Rhetor. cap. 11. & Aphrod. 1. Preblematum.

ROS.

ROS, est humidum quid è serenitate concretum minutímque delabens. Aristot. de Mundo, cap 4.

SANGVIS.

SANGVIS, est vnus ex primis humoribus animalis temperamentum constituentibus, calidus, & humidus. Ex Aristot. 3. de Historia Anim cap. 2. & 7. de Partib. Anim. cap. 3.

SANITAS.

SANITAS, est calidorum, & frigidorum commensuratio, aut eorum, quæ sunt intra, aut ad continens. Ex Aristot. 7. Physic. cap. 3. Seu

Est affectus, secundùm naturam, ex primarum qualitatum debita contemperatione resultans. Ex Arist. lib. de Prædicam. cap. de qualitate, & loco citato. Aphrod. 1. natural. quæst. cap. 9. & aliis.

SAPIENTIA.

SAPIENTIA latissimè, est multarum, & admirabilium rerum scientia. Ex Arist. 1. Rhetoric. Seu

Est rectitudo quædam intel-

lectualis, ad bene iudicandum de omnibus rebus, consurgens ex perfecta scientiarum omnium consecutione. Ex eodem & Platone passim.

SAPIENTIA strictiùs, est peculiaris habitus intellectus, quo quisque in sua arte peritus, causas & principia rerum eiusdem artis potest reddere. Ex Arist. 6. Ethic. cap. 7.

SAPIENTIA magis propriè, est habitus intellectualis, scientificus, cognoscitiuus rerum per altissimas causas, & vniuersalissima principia, Ex eodem ibidem, & cap. 11.

SAPOR.

SAPOR, est qualitas secunda comprehendente siccum humido terrestri, & decoquente calore, gustu perceptis. Ex eodem 2. de Anim. & lib. de Sensu.

SCIENTIA.

SCIENTIA latè, est cognitio quælibet vera, & certa, ex principiis certis, licèt non demonstratiuis comparata, & sic artes omnes in-

terdum dicuntur scientia.

SCIENTIA propriè, est cognitio per demonstrationem acquisita. Vt, Physica. Ex Arist. 2. Poster.

SCIENTIA habitualis, est habitus certus, verus, & euidens, rei necessariæ, per propriam causam. Ex eodem ibidem.

SCIENTIA speculatiua est ea, quæ in sola obiecti contemplatione, & veritas cognitione occupatur, & conquiescit. Vt, Physica, Metaphysica, Mathematica. Ex eodem 5. Metaphysic. cap. 1.

SCIENTIA practica, est ea quæ suam cognitionem ad opus, vel ad actionem refert. Vt, Logica, Ethica. Ex eodem ibidem.

SCIENTIA subalternans est aqua altera ita dependet, vt ab ea sua principia mutuetur, versetúrque circa idem obiectum, accidentaliter tantùm diuersum. Vt, Arithmetica respectu musicæ. Ex eodem 2. Posterior.

SCIENTIA subalternata, est scientia inferior, quæ superioris con-

cluſiones, pro ſuis principiis f
mit, habétque idem obiectum
accidentali tantùm differen
contractum. Vt, Muſica reſpec
Arithmeticæ. Illa enim numeru
hæc numerum ſonorum conſid
rat. Ex eodem ibidem.

SCIRE.

Scire, eſt rem per propriam ca
ſam cognoſcere. Ex Ariſt. 2. Poſt
rior. & 1. Metaphyſic. cap. 3.

SCVRRILITAS.

Scvrrilitas, eſt turpis, & pr
cax dicácitas, neque tempori
neque loci, neque perſonaru
reſpectum habens. Ex D. Tho
2. 2. quæſt. 148. artic. 6. & quæ
53. art. 5.

SEMEN.

Semen, eſt ſubſtantia humi
ſpumoſa, & ſpirituoſa, ex op
ma alimenti portione, ad viue
tis nutritionem ſuperflua, elab
rata ad animalis procreatione
Ariſtot. 7. de Hiſtor. Anim. c.
2. & 1. de Generatione Anim
cap. 17.

SENSIBILE.

SENSIBILE proprium, est quod per se, vel per propriam speciem ab vno tantùm sensu externo, sine errore percipitur. Vt, lumẽ sonus, odor. Ex Arist. 2 de Anim. cap. 3.

SENSIBILE commune, est quod à pluribus sensibus externis, per modificatas propriorum sensibilium species, percipitur. Vt, quantitas, distantia. Ex eodem ibidem.

SENSIBILE per accidens, est quod nec per propriam, nec per modificatam alterius speciem, sed per aliud tantùm, cum quo coniunctum est, sub sensus externos cadit. Vt, substantia materialis. Ex eodem ibidem.

SENSVS.

SENSVS, est facultas animæ cognoscitiua obiectorum materialium, & singularium. Ex eodem 2. de Anima, cap. 1. & 3. & lib. de Sensu & sensili.

SENSVS externi, dicuntur hi, quorum organa foris, & extra caput patent. Vt, visus, &c. Ex Arist.

Et Interpretibus 2. de Anima.

SENSVS interni, dicuntur illi, quorum organum in ipsa cerebri substantia intra caput situm est. Vt, phantasia, sensus communis. Ex iisdem ibidem.

SENSVS communis, est sensus internus, qui sensuum externorum obiecta percipit, déque eorũ sensionibus iudicat. Ex Arist. 2. de Anim. D. Thom. ibidem, lect. 30. & de Sensu & Sensili, lect. 2.

SENSVS compositus, fit cùm formale significatum prædicati, iungitur cum formali significato subiecti. Ex Arist. in Elenchis, Diuo Thom. de Syllogismo sophistico, & aliis.

SENSVS diuisus, fit quando formale significatum prędicati, nectitur cum materiali significato subiecti. Vt, impossibile est sedentem ambulare, si ambulationem cum sessione (quæ sunt formalia significata) iungas, erit sensus compositus, & verus. Est enim sensus: sedens quatenus est sedẽs ambulare

non potest. Si autem ambulationem (quæ est formale prædicati) cum homine, qui est materiale subiecti, connectas, erit sensus diuisus & falsus. Erit enim sensus: homo qui nunc sedet, ambulare non potest. Ex iisdem ibidem.

Sensvs reduplicatiuus, fit quando particula geminans denotat in subiecto, adæquatam rationem, vel causam, cur illi conueniat prædicatum. Vt homo, quatenus homo est risibilis. Nam adæquata causa risibilitatis, est natura humana. Ex iisdem ibidem.

Sensvs specificatiuus, fit cùm particula geminans indicat in subiecto aliquam rationem, cur illi conueniat prædicatum, vel conditione sine qua non cõueniret. Vt, Plato quatenus homo est Philosophus. Falsa est reduplicatiuè, & vera specificatiuè, quia natura humana nõ est adæquata, sed aliqua tantùm ratio, cui sit Philosophus. Sic ignis quatenus prope est, calefacit. Nam prope esse, est tantùm

conditio sine qua non calefaceret. Ex iisdem ibidem.

SENSORIVM, est portio corporis organici susceipiendis sensibilibus accommodata. Alex. Aphrod. in 1. de Anim. cap. 7.

SENTENTIA.

SENTENTIA; est æqui, & boni viri iudicium rectum. Ex Aristot. Ethic. cap. 11. Seu

Est pronuntiatum de vniuersalibus, quorum actiones persequimur ad agendum, vel fugiendum. Idem Rhetoric. 2.

SERENITAS.

SERENITAS, est aër nubibus, nebuláque vacuus. Arist. lib. de Mundo.

SICCITAS.

SICCITAS, est qualitas, qua res facilè terminatur proprio termino, difficilè alieno. Vt, lapis est siccus. Ex Arist. 2. de Ortu, cap. 2.

SIGNIFICARE.

SIGNIFICARE, est aliquid à se diuersum potẽtiæ cognoscenti repræsentare. Vt, sonus tubæ signifi-

cat bellum. Ex Ariſtot. 1. de Interpret. cap. 2.

SIGNVM.

SIGNVM, eſt quod repræſentat aliquid aliud à ſe, cognoſcenti potentiæ. Vt, fumus ignem. Ex eodem ibidem.

SIGNVM formale, eſt ſpecies rei cõſignata in potentia cognoſcente, & obiecti repræſentatiua. Vt, ſpecies parietis in oculo. Ex Interpretibus ibidem.

SIGNVM inſtrumentale, eſt quod priùs cognitum, nos ducit in cognitionem alterius. Vt, fumus eſt ſignum ignis latentis. Ex iiſdem.

SIGNVM naturale, eſt quod ſuapte natura ſignificandi vim habet, idémque apud omnes homines. Vt, riſus ſignum eſt lætitiæ. Ex iiſdem.

SIGNVM ex inſtituto, ſeu datum, ſeu ad placitum, eſt quod ex Dei, vel hominum beneplacito vim habet repræſentandi Vt, Sacramenta ſigna ſunt gratiæ; & annulus amico datus, ſignum bene-

uoientiæ. Ex iisdem ibidem.

SIGNVM manifestatiuum tantũ is est quod repræsentat quidem rem, sed pro ea non supponitur. Vt, iris signum est serenitatis futuræ, non ponitur tamen pro serenitate. Ex iisdem.

SIGNVM manifestatiuum, simul & suppositiuum, est quod & rem indicat, & pro ea subrogatur. Vt, Prorex Regem repræsentat, & Regis vice fungitur. Ex iisdem.

SIMILITVDO.

SIMILITVDO, est relatio duarum qualitatũ eiusdem speciei, & gradus. Ex Arist. in prædicam. cap. 4.

SIMPLICITER.

& SECVNDVM QVID.

SIMPLICITER dictum, est quo res absolutè taliis pronuntiatur, nihilque de eius determinatione detrahitur. Vt, nix est candida, arma sunt restituenda domino. Ex Arist. in Elench.

SECVNDVM QVID dictum, est quod de rei determinatione, per aliquam adiectionem diminuit,

eiúsque tantùm partem, proprietatem, vel aliqualem rationem innuit. Vt, Æthiops est albus secundùm dentes; arma non sunt restituenda domino furioso. Ex eodem ibidem.

SYNCATHEGOREMA.

SYNCATHEGOREMA, est quod per se nequit esse prædicatum, vel subiectũ enuntiationis, sed ei adiungitur, vt melius clariúsve significet. Vt, sunt casus obliqui, & partes orationis indeclinabiles. Ex Summulistis.

SINGVLARE.

SINGVLARE, est quod est pluribus incommunicabile. Ex Arist. 1. de Interpret. cap. 7.

SITIS.

SITIS, est appetitio frigidi, & humidi. Ex Arist. 1. de Anima c. 3. Seu est appetentia potus. Plato 2. de Republic. Seu

Est sensio vellicationis factæ potissimum in ventriculo, œsophago & faucibus, ex attractione potus. Ex iisdem, & Medicis.

SITVS.

Sitvs, eſt ordo partium corp
ris in loco. Vt, ſtare, ſedere, iac
re. Ex Ariſt. in Prædicam. cap.
quantitate.

Sitvs, etiam dicitur diſpoſi
partium in ipſo corpore, qua
nus poteſt certis loci partibus
ſpondere. Vt, caput eſſe ſupra h
meros, pectus infrà, &c.

Sitvs prædicamentum, eſt
cidens ſecundùm quod res dici
habere partes corporis, certo m
do affectas ad partes loci. Ex G
berto de ſex principiis, & aliis

SOBRIETAS.

Sobrietas. eſt virtus, quæ
tionis inebriare valentis affectu
vſúmq; moderatur. Ex D. Tho
2. 2. quæſt. 1. 3. & 149. art. 1.

SOLIDVM.

Solidvm, eſt corpus hab
trinam dimenſionem, cum fir
tate.

SOLSTITIVM.

Solstitivm, eſt finis rece
ſolis ab æquatore, & principi

acceſſus ad eumdem. Ex Sacro-boſco in Sphæra.

SOMNIVM.

SOMNIVM, eſt viſum quod in ſomnis apparet. Ex Ariſt. lib. de Somniis. Seu

Eſt apparitio exhibita per internum ſenſum, in iis qui ſomno conſopiti ſunt. Ex eodem ibid.

SOMNVS.

SOMNVS, eſt ligatio omniũ ſenſuum externorum, ad animalis quietem, & ſalutem inſtituta. Ex Ariſt. lib. de Somn. & vigilia.

SONVS.

SONVS, eſt paribilis qualitas orta ex duorum corporum colliſione, & auditu perceptibilis. Ex Ariſt. 2, de Anim.

SORITES.

SORITES, eſt argumentatio, quæ perficitur plurium propoſitionum in vnum quaſi cumulum congeſtarũ. Vt, homo eſt viuens, viuens eſt ſubſtantia, ſubſtantia eſt res: ergo homo eſt res.

SPATIVM.

SPATIVM reale, est intercapedo positiua, quæ inter plura corpora, vel eiusdem corporis latera, aut extrema reperitur Ex Simplic. & aliis in 4. Physic.

SPATIVM imaginariũ est illa intercapedo quam nobis imaginamur, & fingimus esse supra cœlos. Ex iisdem ibidem.

SPECIES.

SPECIES Physicè est forma, & pulchritudo rei. Ex Porphyrio in Isagoge, cap. de Specie.

SPECIES, vt vniuersale, est vnũ aptum inesse pluribus, vt tota eorum essentia. Vt, homo Petro, Paulo, & reliquis hominis indiuiduis. Ex Arist. 5. Metaphysic.

SPECIES prædicabilis, est vnum aptum prædicari de multis, solo numero differentibus, in quæstione quid est. Vt, homo de Petro, & Socrate. Ex Porphyrio in Isagoge, cap. de Specie.

SPECIES subiicibilis, est particulare, quod proximè collocatur sub

gene-

genere, & de quo genus immediatè prædicatur in quid. Vt, animal, respectu viuentis. Ex eodem ibidem.

Species subalterna, est quæ ratione sui superioris est species, ratione inferiorum genus. Vt, animal respectu viuentis est species, respectu hominis est, bruti genus. Ex eodem ibidem.

Species infima, seu atoma, seu specialissima est, quæ sub se habet tantùm individua. Vt, equus hunc, & illum equum. Ex eodem ibid.

Species intentionalis, seu impressa, est qualitas repræsentatiua obiecti, ab ipso producta in potentia, cum qua ad eliciẽdam sensationem, effectiuè concurrit. Vt, species soni in aure. Ex eodem lib. de Memoria, & 2. de Anim. cap. 12. Seu

Est qualitas repræsentatiua obiecti, à quo emanat, & consignata in potẽtia cognoscente. Vt, species parietis in oculo. Ex eodem D. Thom. 1. part. quæst. 55. art. 1.

SPECIES expressa, est imago vitalis, & expressa obiecti à potentia, & specie impressa per sensationem, tanquam eius terminus producta. Vt, per intellectionem qua cognosco Petrum, producitur eius expressa, & viua similitudo in intellectu.

SPECVLATIO.

SPECVLATIO, est actio intellectus in sola veritatis cognitione conquiescentis. Ex Arist. 5 Met. c. 1.

SPHÆRA.

SPHÆRA, est solidum vna superficie cõtentum, in cuius medio est punctum, à quo omnes lineæ, ad circumferentiam ductæ, sunt æquales. Ex Sacrobosc. in Sphæra.

SPHÆRA Astronomica, est instrumentum quoddam rotundũ, in quo varij circuli continentur, quibus cœlorum motus, & totius mundi situs, commodissimè explicantur. Idem ibidem.

SPHÆRA actiuitatis, est terminus circularis, quem agentia naturalia, propter limitatam suam

agendi virtutem, præterire non possunt; verbi gratia, si ignis potest agere ad quatuor passus circulariter, non vltrà.

SPIRITVS.

SPIRITVS, vt opponitur corpori, est substantia simplex, completa, immaterialis, & intellectiua. Ex D. Thom. 1. dist. 10. art. 4. & 1 part quæst. 41. art. 3.

SPIRITVS pro vento, est fluxus continuus aëris, ad longitudinem. Arist. 4. Meteor. cap. 2.

SPIRITVS, vt animæ instrumentum, est corpusculum quoddam tenue, humidum, calidum, ex puriori sanguine adiuuandas vitales, & sensitiuas operationes procreatum. Ex eodem lib. de Spiritu c. 1. & 5. de Generat Animal. cap. vltimo, & lib. de Comm. animal. motu, cap 6.

SPIRITVS insitus, seu ingenitus, est quem generans vnicuique membro virtute seminis ab exordio inserit. Ex eodem 2. de Generat. Animal, cap. 3.

SPIRITVS influẽs, eſt qui à principe aliquo membro, in reliquas corporis partes continenter influit. Ex eodem. Et Theophilo in 3. de Anima. Et Aphrod. ſect. 1. Problemat. quæſt. 14.

SPIRITVS naturalis, eſt purior, ac defæcatior ſanguinis portio, quæ in hepate elaborata, cum ipſo ſanguine, per venas ad promouendam concoctionem dimittitur. Ex iiſdem.

SPIRITVS vitalis, eſt qui à corde vitæ fonte, per arterias ad vitæ functiones iuuandas, defertur. Ex iiſdem.

SPIRITVS animalis, eſt qui à cerebro functionum animalium principio, earumdem functionum promouendarum gratia, per neruos decurrit. Ex iiſdem.

SPLENDOR.

SPLENDOR, eſt deuaricatio luminis ſuper corpus politum, & terſum. Alberti Magn. de Anim. Tract. 2. cap. 12. Seu

Eſt participatio, vel effectus lu-

cis, ex reuerberatione radij, ad corpus lucidum. D. Thom. in 2. de Anim. lect. 34.

SPONTANEVM.

SPONTANEVM, est cuius principium in eo est, qui agit, particularia cognoscente, in quibus est actio. Vel

Est actio appetitus, cum cognitione eius quod appetitur. Vt, in equo appetitio fœni. Arist. 3. Ethic. cap. 1.

SPORADÆ.

SPORADÆ, sunt stellæ, quæ in cœlo nullam formant imaginem. Alexand. Aphrod. in 1 Meteor. cap. 10.

STELLA.

STELLA, est pars cœli densior, recipiens, & ad nos reflectens, in se immissum à sole lumẽ. Ex Arist. & Interpret in lib. de Cœlo.

STERNVTAMENTVM.

STERNVTAMENTVM, est vel spiritus vniuersi delatio, humore scilicet plus aliquid exhalãte, vel crudi humoris conatus, & excursus. Ar.

Problem. ſection. 1. numero 57. Seu

Eſt motus cerebri, humorem frigidum repellentis; auxilio aëris per nares attracti, qui per eaſdem & os illicò retruditur.

STVDIVM.

STVDIVM, eſt vehemens animi applicatio ad cognoſcendum. Ex D. Thom 2.2. quæſt. 166. art. 1.

STVPIDVS.

STVPIDVS, eſt qui & cuncta, & cunctos veritus, tã agendo, quàm dicendo ſolertiæ expers; talis eſt qui in cunctis obſtupeſcit. Ariſt. 1. Magn. Moral. cap. 3.

SVBIECTVM.

SVBIECTVM inhæſionis, eſt id cui ita ineſt accidens, vt de eius potentia educatur, ab eoq; in fieri & conſeruari, vt à cauſa materiali dependeat. Vt, materia ſubiectum eſt quantitatis, & anima intellectus. Ex Ariſt. 5. Metaphyſ. cap. 3. & 6. cap. 1.

SVBIECTVM attributionis, eſt id, de quo proprietas, aut quodlibet

aliud enuntiatur. Vt, homo, de quo riſibile.

SVBIECTVM denominationis, eſt compoſitum, quod denominatus ab accidente, inhærente alterutri illius parti. Vt, quando homo denominatur albus, propter albedinem quæ corpori eius inhæret; doctus, à doctrina quæ animo.

SVBIECTVM prædicationis, eſt id, de quo aliquid eſſentialiter enuntiatur. Vt, homo, de quo animal.

SVBIECTVM habitus, idem eſt quod obiectum, id nimirum, de quo proprietates demonſtrantur. Vt, corpus naturale eſt ſubiectum Phyſicæ.

SVBIICIBILE.

SVBIICIBILE, eſt quod eſt aptum alicui ſubeſſe inactuali prędicatione. Vt, Petrus, reſpectu hominis.

SVBSISTERE.

SVBSISTERE, eſt in ſe non in alio exiſtere. Vt, ſubſtantiæ ſubſiſtunt. Ex Diuo Thom. 1. quæſt. 29. art. 2.

SVBSISTENTIA.

SVBSISTENTIA, est modus, per quem res existit in se, incommunicabiliter alteri, vt supposito sic, & per suam subsistentiam, ita in se existit, vt non possit communicari supposito Pauli. Ex eodem ibidem.

SVBSTARE.

SVBSTARE est accidentibus subesse, eáque in se sustentare. Quod proprium est, substantiæ creatæ.

SVBSTANTIA.

SVBSTANTIA apud Arist. sumitur, pro rei essentia, vt lib. de Prædicamentis, cap. 1. Æquiuoca sunt ea, quorum est idem nomen, ratio vero substantiæ (id est essentiæ) omnino diuersa, pro quauis substantia, siue completa, siue incompleta. Vt 1. Physic. cap. 6. vbi differentiæ substantiarum materia ac forma substantiæ nuncupantur; pro sola substantia completa, vt lib. de Prædicam. cap. de Substantia, vbi solas prædicamentales sub-

stantias, vocat substantias, pro tolis primis, vt 7. Metaphysic cap. 3. vbi genera & species substantiarum, negat esse substantias.

SVBSTANTIA generatim, est ens per se subsistens.

SVBSTANTIA prima, est quæ neque est in subiecto, neque de subiecto dicitur. Vt, Socrates. Aristot. lib. de Prædicam. cap. de Substantia.

SVBSTANTIA secunda, est quæ in subiecto non est, & tamen de subiecto dicitur. Vt, homo de Petro, Idem ibidem. Seu

SVBSTANTIÆ secundæ sunt genera & species, quibus prima insunt. Idem eodem lib. cap. 3.

SVBSTANTIA prædicamentum, est ens reale, finitum aptum per se subsistere. Ex eodem ibidem.

SVDOR.

SVDOR, est excrementum falsum, & pars quædam serosi humoris, qui cum sanguine permixtus erat, à calore concreta & eiecta. Ex Aristot. Problem. sect. 2.

SVPERFICIES.

Svperficies, eſt magnitudo ad duo continuata. Ariſt. 5. Metaphyſic. cap. 3. Seu

Eſt qualitas extenſa, in longitudinem, & latitudinem, profunditate carens. Ex eodem ibid. & in Prædicam. cap. 4.

SVPERSTITIO.

Svperstitio, eſt vitiolus cultus veri, vel falſi numinis. Ex D. Thom. 2.2. quæſt. 92. art. 1. & ſequentibus

SVPPOSITIO.

Svppositio, eſt acceptio alicuius nominis pro ſe, vel pro re quam ſignificat. Vt homo eſt diſſyllabum, homo eſt animal. Ex Summuliſtis.

Svppositio materialis, eſt acceptio nominis pro ſeipſo. Vt, cùm dico, homo conſtat duabus ſyllabis. Ex iiſdem.

Svppositio formalis, eſt acceptio nominis; pro re quam ſignificat. Vt, equus eſt viuens. Ex iiſdem.

SVPPOSITIO ſimplex, eſt acceptio nominis communis, pró ſuo ſignificato immediato, præciſo. Vt, homo eſt ſpecies. Ex iiſdem.

SVPPOSITIO perſonalis, eſt acceptio nominis communis pro ſuis ſignificatis mediatis. Vt, omne animal moritur, vbi animal non pro natura ſenſitiua in communi, ſed pro ſingularibus accipitur. Ex iiſdem.

SVPPOSITIO abſolura, eſt acceptio nominis communis, pro ſuo ſignificato immediato, non præciſo tamen. Vt, homo eſt animal; corpus naturale, eſt obiectū Phyſicæ: nam hæc ſubiecta homo & corpus naturale accipiuntur pro ſignificatis immediatis. Vt patet ex iiſdem.

SVPPOSITIO propria, eſt acceptio nominis in ſua propria ſignificatione. Vt, homo eſt riſibilis. Ex iiſdem.

SVPPOSITIO impropria, eſt acceptio nominis in ſignificatione impropria. Vt, prata rident; hoc

prædicatum habet ſuppoſitionem impropiam. Ex iiſdem.

SVPPOSITIO naturalis, eſt acceptio nominis communis, pro omnibus quæ ſignificat. Vt, omne animal eſt ſenſitiuum, id eſt animal quod erat, & erit. Ex iiſdem.

SVPPOSITIO accidentalis, eſt acceptio nominis communis, non pro ſuis omnibus ſignificatis. Vt, omnis homo nunc occupat locum. Vbi homo accipitur pro ſolis exiſtentibus.

SVPPOSITIO confuſa, eſt quæ explicatur deſcenſu copulatiuo copulato vel diſiuncto. Vt, omne animal eſt viuens, aliqua nauis ad nauigandum eſt neceſſaria. Ex iiſdem.

SVPPOSITIO determinatiua, eſt quæ explicatur diſiunctiuo deſcenſu. Vt aliquis homo eſt iuſtus. Ex iiſdem.

SVPPOSITIO pro ſingulis generum, eſt in qua ſubiectum accipitur pro omnibus indiuiduis, quæ ſignificare poteſt. Vt, omnis ho-

mo est mortalis. Ex iisdem.

SVPPOSITIO distributiua pro generibus singulorũ, est in qua subiectũ accipitur pro omnibus tantùm speciebus,& aliquibus earum indiuiduis. Vt, omne animal erat in arca Noëmi. Ex iisdem.

SYLLOGISMVS.

SYLLOGISMVS, est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quid ab iis quæ sunt posita, necessariò accidit, eo quod hæc sunt. Aristot. 1. Prior. cap. 1. & 11. Topic. c. 8. Seu

Est argumentatio, in qua ex duabus propositionibus concessis necessariò infertur conclusio. Vt,

Omne viuens est substantia.

Sed omnis planta est viuens.

Ergo omnis planta est substantia. Ex eodem ibidem.

SYLLOGISMVS perfectus, est qui nulla re indiget, vt necessarius appareat, id est, vt euidens fiat colligendi necessitas. Quales sunt omnes,& soli, qui in quatuor primis, primæ figuræ modis extruuntur, Ex eodem ibidem.

SYLLOGISMVS imperfectus, eſt qui vna, vel pluribus rebus indiget, vt concluſionis neceſſitas manifeſta fiat. Quales ſunt, qui in modis indirectis primæ figuræ, & in omnibus modis ſecundæ, & tertiæ conſtantur. Ex eodem ibidem.

SYLLOGISMVS illatiuus, eſt qui conſtat propoſitionibus, in forma ſyllogiſtica rectè diſpoſitis, ſiue ſint veræ, ſiue falſæ. Vt,

Omne B eſt A,
Sed omne C eſt B.
Ergo omne C eſt A. Ex libri Prior. vbi Philoſophus de forma ſyllogiſmi agens, in elementis Alphabeticis exempla aſſignat.

SYLLOGISMVS probatiuus, eſt qui & forma ſyllogiſtica, & materia vera, vel probabili, conſtat. Vt,

Omnis ſapiens eſt honorandus
Sed Socrates eſt ſapiens.
Ergo Socrates eſt honorandus. Ex eodem in libris Priorum.

SYLLOGISMVS materialis, eſt qui vi ſolius materiæ, & non ratio

formæ concludit. Vt,

Omnis aquila volat.

Sed nullus leo eſt aquila.

Ergo nullus leo volat. Ex eodem ibidem.

SYLLOGISMVS formalis, eſt qui ratione formæ, legitimam concluſionem colligit; exempla iam habes ſuprà. Ex eodem ibidem.

SYLLOGISMVS ſimplex, ſeu categoricus, eſt qui ex ſimplicibus propoſitionibus conſtituitur. Vt allati ſuperius. Ibidem.

SYLLOGISMVS coniunctus ſeu hypotheticus; eſt qui conſtat ex vna præmiſſa coniuncta. Vt,

Si homo volaret, alas haberet.

Sed alas non habet.

Ergo non volat. Ibidem

SYLLOGISMVS abſolutus, eſt qui conſtat ex propoſitionibus abſolutis. Vt,

Omne animal moritur.

Equus eſt animal.

Ergo moritur. Ibidem.

SYLLOGISMVS modalis, eſt qui conſtat ex vna, pluribúſve modalis

bus propoſitionibus. Vt,

Hominem eſſe lapidem, eſt impoſſibile.

Sed Plato eſt homo.

Ergo Platonem eſſe lapidem, eſt impoſſibile. Ibidem.

SYLLOGISMVS ex obliquis, eſt qui conſtat vno, vel pluribus terminis obliquis. Vt,

Contrariorum eadem eſt ſcientia.

Sed virtus & vitium ſunt contraria.

Ergo virtutis & vitij eadem eſt ſcientia. Ibidem.

SYLLOGISMVS expoſitorius, eſt qui conſtat ex medio ſingulari incommutabili. Vt, Socrates eſt Philoſophus.

Sed hic homo eſt Socrates.

Ergo hic homo eſt Philoſophus. Ibidem.

SYLLOGISMVS demonſtratiuus, eſt qui conſtat ex materia neceſſaria, & generat ſcientiam. Vt,

Omne rationale eſt admiratiuum.

Sed

Sed omnis homo eſt rationalis.

Ergo omnis homo eſt admiratiuus. Ex eodem 1. Topic. cap. 1. & 1. Elenchor. cap. 1.

SYLLOGISMVS topicus, ſeu dialecticus, eſt qui conſtat ex materia probabili, & opinionem parit. Vt,

Omnis mater diligit filium.

Hæc mulier eſt mater.

Ergo diligit filium. Ex eodem ibidem.

SYLLOGISMVS Pſeudographus, ſeu Paralogiſmus, eſt qui conſtat materia, quæ videtur in aliqua ſcientia neceſſaria, & tamen falſa eſt. Vt, Omnes lineæ ductæ ab eodem puncto, ad idem punctum, ſunt æquales.

Sed lineæ ductæ ab vna extremitate arcus, vna per arcum, altera per funem, ad aliam extremitatem ſunt ductę ab eodem ad idem, ergo ſunt æquales. Maior quæ in Geometria videtur neceſſaria, eſt falſa, niſi reſtringatur per idem ſpatium. Ex eodem ibidem.

SYLLOGISMVS Sophisticus, est qui constat materia apparenter probabili, & falsa tamen est. Vt,

Quidquid non amisisti habes.

Alas non amisisti.

Ergo alas habes. Ex eodem ibidem.

SYLLOGISMI materia propinqua, sunt tres propositiones ex quibus constat, scilicet maior, minor, & conclusio: remota sunt tres termini, ex quibus fiunt propositiones, scilicet maius extremum, minus extremum, & medium. Idem. 1. Priorum.

SYLLOGISMI figura. Vide FIGVRA syllogismi.

SYLLOGISMI forma. Vide FORMA syllogismi.

SYLLOGISMI modus. Vide MODVS syllogisticus.

SYNDERESIS.

SYNDERESIS, est habitus naturalis primorum principiorum moralium, quibus positis fit progressio ad electionem mediorum. Ex D. Thom. 1. quæst. 79. art. 12.

& 1. 2. quæst. 94. art. 1.

SYNESIS.

SYNESIS, est virtus bene iudicatiua, de agilibus, secundùm legem communem. Ex eodem 1. quæst. 22. art. 1. & 1. 2. quæst. 57. art. 6. Ex Arist. 1. Magn. Moral. cap. 35.

TACTVS.

TACTVS, est rerum tactilium susceptio, atque deprehensio, quæ tunc fit, cùm id quod contrectandi potentiam habet, ad similitudinem rei tactilis immutatur. Aphrod. in 2. de Anim. cap. 18. Seu

TACTVS, est potentia sentientis animæ, perceptiua primarum qualitatum, & aliquarum aliarum, interuentu primarum. Ex Arist. 2. de Anim. cap. 18.

TEMERITAS.

TEMERITAS seu audacia, est excessus in audendo, & aggrediendo, cùm quis, vt malum imminens re-

pellat, aggreditur aliquid, quod, quando, vel quomodo non conuenit. Ex Diuo Thom. 2. 2. quæst. 53. art. 3.

TEMPERAMENTVM.

TEMPERAMENTVM, est mensurata quædam, & modificata medietas. Themistius in 2. de Anim. cap. 42. Seu

TEMPERAMENTVM, est proportio primarum qualitatum, mixti naturæ conueniens.

TEMPERAMENTVM simplex, est in quo vna tantùm ex primis qualitatibus dominatur.

TEMPERAMENTVM compositum, est in quo duæ primarum qualitatum excedunt, éstque quadruplex; sanguineum, seu aëreum, in quo calor, & humiditas.

Colericum, seu igneum, in quo calor, & siccitas.

Phlegmaticum, seu aquaticum, in quo frigus, & humiditas.

Melancholicum, seu terreum, in quo frigus, & siccitas.

TEMPERAMENTVM ad pondus, est

in quo omnes qualitates primæ ſunt in æquali gradu, adeo vt nulla alias excedat.

TEMPERAMENTVM ad iuſtitiam, eſt quo debetur exactè alicui ſpeciei, ſecundùm propriam naturam.

TEMPERANTIA.

TEMPERANTIA, eſt mediocritas circa voluptates, & ægritudines corporales, & ea maximè quæ in tactu exiſtunt. Ariſt. 2. Ethic. cap. 7. Seu.

TEMPERANTIA, eſt virtus quæ circa frenandas, guſtus tactúſque voluptates occupatur. Ex eodem ibidem, & 3. Ethic. cap. 1.

TEMPVS.

TEMPVS reale, eſt numerus motus ſecundùm prius, & poſterius. Ariſt. 4. Phyſic. cap. 1. Seu

Eſt duratio motus cœleſtis, quatenus aſſumitur, vt menſura cæterorum motuum. Ex eodem ibidem.

TEMPVS imaginarium, eſt ſpatium illud, quod fingimus ab æter

pellat, aggreditur aliquid, quod, quando, vel quomodo non conuenit. Ex Diuo Thom. 2. 2. quæſt. 53. art. 3.

TEMPERAMENTVM.

TEMPERAMENTVM, eſt menſurata quædam, & modificata medietas. Themiſtius in 2. de Anim. cap. 42. Seu

TEMPERAMENTVM, eſt proportio primarum qualitatum, mixti naturæ conueniens.

TEMPERAMENTVM ſimplex, eſt in quo vna tantùm ex primis qualitatibus dominatur.

TEMPERAMENTVM compoſitum, eſt in quo duæ primarum qualitatum excedunt, éſtque quadruplex; ſanguineum, ſeu aëreum, in quo calor, & humiditas.

Colericum, ſeu igneum, in quo calor, & ſiccitas.

Phlegmaticum, ſeu aquaticum, in quo frigus, & humiditas.

Melancholicum, ſeu terreum, in quo frigus, & ſiccitas.

TEMPERAMENTVM ad pondus, eſt

in quo omnes qualitates primæ ſunt in æquali gradu, adeo vt nulla alias excedat.

TEMPERAMENTVM ad iuſtitiam, eſt quo debetur exactè alicui ſpeciei, ſecundùm propriam naturam.

TEMPERANTIA.

TEMPERANTIA, eſt mediocritas circa voluptates, & ægritudines corporales, & ea maximè quæ in tactu exiſtunt. Ariſt. 2. Ethic. cap. 7. Seu.

TEMPERANTIA, eſt virtus quæ circa frenandas, guſtus tactúſque voluptates occupatur. Ex eodem ibidem, & 3. Ethic. cap. 1.

TEMPVS.

TEMPVS reale, eſt numerus motus ſecundùm prius, & poſterius. Ariſt. 4. Phyſic. cap. 1. Seu

Eſt duratio motus cœleſtis, quatenus aſſumitur, vt menſura cæterorum motuum. Ex eodem ibidem.

TEMPVS imaginarium, eſt ſpatium illud, quod fingimus ab æter-

nitate, in æternitatem fluere.

TERMINVS.

TERMINVS enuntiationis, est id, in quod, vt extremum resoluitur enuntiatio. Vt sunt prędicatum, &, subiectum. Ex Arist. 1. Prior. cap. 1.

TERMINVS relationis. Vide RELATIONIS terminus.

TERMINVS à quo, est vnde incipit motus. Vt, priuatio, vnde generatio.

TERMINVS ad quem, est id, in quod motus definit. Vt, forma, in quam generatio.

TERRA.

TERRA, est elementum, summè siccum, excellenter frigidum, & simpliciter graue. Ex Aristot. de Ortu, cap 3. & 2. Meteor. cap. 2, & 4. cap. 2.

TERRÆMOTVS.

TERRÆMOTVS, est concussio terræ, proueniens ab exhalatione inclusa, & exitum quærente.

THEOREMA.

THEOREMA, est effatum vniuersale, perspicuæ veritatis, in cuius

contẽplatione occupari poteſt intellectus. Ex Aphrod. in 2. Poſter.

THESIS.

THESIS, eſt quæ de re cæteris circunſtantiis nuda, quærit, ac diſſerit. Boëtius de Topic. lib. 1.

TIMIDITAS.

TIMIDITAS, eſt vitium excedens in timendo mortis periculo, vel quando, vel pluſquam, vel quomodo non oportet, & deficiens in audendo. Ex Ariſt. 3. Ethic. Et D. Thom. 2. 2. quæſt. 126.

TIMOR.

TIMOR, eſt paſſio ſentientis appetitus, qua abhorret malum prout imminet. Ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 41. & 42.

TONITRV.

TONITRV, eſt flatus in nube implicitus craſſa, & humida, continuatum nubis ſpiſſamentum perfringens violenta eruptione, modo haud abſimili ſpiritus vehementer in aqua impulſi. Ariſt. de Mundo, cap. 3. Seu

Eſt ſonus exiſtens ex conflictu

exhalationis in nube incluſæ, ad nubis latera, ex qua nititur erumpere, vel ex duarum inter ſe colliſione nubium. Ex eodem ibidem, & 2. Poſterior. cap. 9.

TOTVM.

TOTVM, eſt cuius nulla partium abeſt, & quod naturaliter reſpicit partes, ex quibus eſt. Vt, continens contenta. Ariſt. 5. Metaphyſic. cap. 26. Seu

Eſt id à quo nihil abeſt eorum, quæ ad propriam perfectionem, abſolutamque plenitudinem requiruntur. Themiſt. in 5. Phyſic. text. 63.

TOTVM per ſe, eſt quod conſtat ex partibus ad eius eſſentiam, vel integritatẽ conſtituendam naturaliter ordinatis. Vt, homo, lapis. Ex Ariſt. 5. Metaphyſic. cap. 26.

TOTVM per accidens, eſt quod cõſtat ex pluribus entibus in actu, ſiue completis. Vt, cumulus lapidum, luminoſum, &c. Ex eodem ibidem.

TOTVM eſſentiale, eſt quod ex

partibus eius quidditatem, seu Physicè, seu Metaphysicè, constituentibus coalescit. Vt, homo, Physicè, ex corpore, & animo rationis compote; Metaphysicè, ex animali, & rationali. Ex eodem.

TOTVM Physicum, est quod ex materia, & forma substantiali, inter se naturaliter ordinatis, & vnitis constituitur. Ex eodem.

TOTVM Metaphysicum, est quod ex partibus Metaphysicis, genere scilicet, & differentia, constare intelligitur. Ex eodem.

TOTVM integrale, seu quantum, est quod partes habet ad rei integritatem pertinentes. Ex eodem.

TOTVM homogeneum, seu similare, est cuius partes omnes eamdem, cum toto rationem, & appellationem habent. Vt, aqua, cuius quælibet pars nominatur, & est aqua.

TOTVM heterogeneum, seu dissimilare, est cui partes insunt, diuersi à toto nominis, diuersæque naturæ. Vt, corpus humanum, cu-

ius caput, manus, pes, nec eam
dem denominationem, nec eam
dem quidditatem cum toto for
tiuntur. Commun.

TOTVM potentiale, seu vniuer
sale, est quod partes suas potesta
te tantùm, non actu continet. Vt
animal respectu hominis, & bruti
Commun.

TRISTITIA.

TRISTITIA, est passio appetitus
sensitiui, præsens malum dete
stantis. Ex Diuo Thom. 1. 2. quæst
25. art. 1.

TVRPITVDO IN ACTIONIBVS.

TVRPITVDO, est deformita
actionis, quæ deficit à morali re
ctitudine. Ex eodem 2. 2. quæst
144. art. 2.

TVSSIS.

TVSSIS, est incursus violentus
non per debitũ exitum respirandi
aëris, ad ipsam arteriam factus.
Simplic. in 2. de Anim. Seu

Est violentus arteriæ, ac pul-
monum, humorem extraneum à

ſe eiicere conantium, motus. Ex Ariſtot. in Problem.

VACVVM.

VACVVM latè, eſt ſpatium corpore carens, nec aptum eo repleri. Quale erat ante mundum conditum, & nunc ſupra cœlos. Ex Ariſt. 4. Phyſic. cap. 1.

VACVVM, etiam dicitur ſpatium, in quo nullum eſt corpus tactu perceptibile. Ex eodem ibidem.

VACVVM propriè, eſt locus corpore carens, & aptus eo repleri; quale eſſet ſi inter Lunæ cócauum, & terram, nullum foret corpus. Ex eodem ibidem.

VANVM.

VANVM, eſt id, quod de ſe non eſt aptum natum, vt ſit vtile, vel aliquando nocumentum adferat. Albert. Magn. in 2. Phyſic. cap. 17.

VANVS, eſt qui maiora quàm habet fingit, ſed id nullius rei cauſa. Ariſt. 4. Ethic. cap. 7.

VAPOR.

VAPOR, eſt halitus humidus, & calidus, ex aqua, vi caloris eductus. Ex eodem 1. Meteor. cap. 4.

VBI.

VBI, eſt habitudo corporis ad ſuum locum. Auerr. Epitom. in Logic.

VBI circumſcriptiuum, eſt circumſcriptio corporis, à loci circumſcriptione proueniens. Albert. Magn. in Prædicam.

VBI prædicamentum, eſt accidens ſecundùm quod res dicitur eſſe in loco, vel in certa ſpatij parte. Ex iiſdem. Et Amm. in Prædicam.

VBI definitiuum, eſt modus ſecundùm quem res ita eſt in loco, vel ſpatio, vt tota ſit in toto, & tota in qualibet eius parte, non tamen extra; quale eſt vbi Angelorum.

VDVM.

VDVM, eſt quod habet alienam humiditatem, in ſuperficie. Vt, lapis aqua reſperſus. Ariſtot. 2. de Ort. cap. 2.

VELOCITAS.

VELOCITAS, est accidens secundùm quod mobile dicitur multum spatij paruo tempore pertransire. Vt, si quis vnam lucam vno quadrante conficeret.

VELOX, est quod in pauco tempore multùm mouetur. Aristot. 4. Physic. cap. 2.

VENA.

VENA, est pars animalis homogenea, frigida, & sicca vehendo sanguini à natura destinata. Ex Arist. de Histor. & Part. animal. passim.

VENENVM.

VENENVM, est mixtum quod ita inuentis complexionem alterat, vt eam lædat, & corrumpat.

VENTRICVLVS.

VENTRICVLVS, est pars animalis, ad recipiendum alimentum ab ore immissum, illúdque prima coctione in hilum vertendum, instituta. Ex Aristot. 1. de Histor. Animal. cap. 2. & 4. de Generat. Animal. cap. 18.

VENTVS.

VENTVS, eſt expiratio in tranſuerſum agitata. Ariſt. 2. Meteor. cap. 1. & 4. Seu

VENTVS, eſt exhalatio multo ſæpè humore permixta, Solis aliorúmve ſyderum vi ſurſum attracta, & frigidi aëris occurſu repulſa, obliquè diſcurrens. Ex eodem.

VERBVM.

VERBVM logicè, eſt vox ſignificans ex inſtituto, definitè, & cum tempore, cuius nulla pars ſeparatim ſignificat, & eorum ſemper quæ prædicantur, eſt nota. Vt, legò. Ariſtot. 1. de Interpretatione, cap. 1.

VERBVM mentis, eſt terminus intellectionis, ſpecies expreſſa, & vitalis imago rei intellectæ. Commun.

VERECVNDIA.

VERECVNDIA, eſt timor iacturæ bonæ exiſtimationis propter opus malum quod quis iam patrauit. Ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 41. art. 4.

VERECVNDIA, eſt timor probri

ex consideratione rei, vel facti turpis seu probrosi.

VERITAS

VERITAS, est habitudo inter rem, & intellectum. Ex Diuo Thom. 1. quæst. 16 art. 5. & in lib. de Interpret lect. 3.

VERITAS transcendentalis, est conformitas rei, provt est in se, ad seipsam, vt obiectiuè conceptam. Heruæus quodlibet. 3. quæst. 1. artic. 2. & 3. Seu

Est conformitas rei, secundùm esse obiectiuum, ad seipsam secundùm esse reale. Durandus in 1. dist. 19. quæst. 5. Seu

Est conformitas rei, intellectui diuino, vel creato cognoscente. Ex D. Thom. 1. part. quæst 16. art. 1. & 2. contra gentes cap. 2.

VERITAS cognitionis, est conformitas intellectus cognoscentis, seu ipsius cognitionis cum obiecto cognito, provt in se est. Ex eodem locis citatis, & sequacib.

VERITAS moralis, seu veracitas, est virtus qua quis verbis, factis

aliísque signis externis talem
demonstrat, qualis est in se.

VERVM.

Verum, est quod apparet id ess
quod est. Vt, aurum verum dicitu
quando tale est quale videtur. E
Mendosa disput. 3. Metaph.

VIGILIA.

Vigilia, est libera solutio,
expedita sensuum omnium exte
norum functio. Ex Aristot. lib. d
Somno & vigilia.

VINDICATIO.

Vindicatio, est per quam vi
aut iniuria, & omnino omne quo
obfuturum est defendendo, au
vlciscendo propulsatur. Ex Diu
Thoma 2. 2. quæst. 108. art. 2.

VIOLENTVM.

Violentvm, est quod fit à pri
cipio extrinseco, nullam vim co
ferente passo, sed reluctante. V
iactus lapidis sursum. Ex Arist.
Ethic. cap. 1.

VIRGINITAS.

Virginitas, est virtus, qua q u
firmiter proponit, corporis anim

q

que integritatem, & puritatem perpetuò seruare. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 152. art. 3.

VIRTVS.

VIRTVS generatim, est perfectio, & vis aliquid rectè operandi. Ex Aristot. 2. Ethic. cap. 5.

VIRTVS intellectualis, est habitus qui circa verum, affirmatione, vel negatione cognoscendum, infallibiliter occupatur. Vt, sapientia, scientia. Idem 6. Ethic. cap. 3.

VIRTVS moralis, est habitus ex quo, & homo ipse bonus efficitur, & opus suum bonum reddit. Ibidem. Seu

Est habitus electiuus, in mediocritate quoad nos consistens, ratione præfinita prout prudens præfinierit. Idem 2. Ethic. cap. 6.

VIRTVS Cardinalis, vna est ex præcipuis moralibus, ad quam referuntur, vt principem, quá veluti cardine. Vt, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia.

VISVS.

VISVS, est facultas animæ sentientis, quæ circa lumen, & colores percipiendos versatur. Ex Arist. 2. de Anim. cap. 10.

VITA.

VITA, est naturalis calidi conseruatio. Arist. lib. de Iuuent. cap. 2. Seu

Est mansio nutritiuæ animæ cum calido. Idem ibdem cap. 14.

VITA substantialis, est principium, quo quid in se immanenter, & intrinsecè operatur. Ex Diuo Thom. 1. quæst. 18. art. 1. 2. & 3. & 2. 2. quæst. 179. art. 1.

VITA in substantiis purè immaterialibus, est substantia ipsa simplex, & spiritualis, prout in se intrinsecè operatur, hoc est intelligit, & vult. Ex eodem locis citatis.

VITA in animatis, est vnio animæ cum corpore. Seu

Est permansio animæ vegetatricis in calido. Arist. lib. de Respirat. cap. 1.

VITA accidentalis seu secunda,

est operatio intrinseca animæ, vel intellectiuæ substantiæ. Ex iisdem ibidem.

VITIVM.

VITIVM, est defectus à regula, seu ratione.

VIVERE.

VIVERE in spiritualibus, est intelligere, & velle. Aristot. 9. Ethic. cap. 9.

VIVERE in materialibus, est seipsum intrinsecè perficere. Ex D. Thom. 1. quæst. 18. art. 1.

VIVENS, est quod in se intrinsecè agit. Ex eodem ibidem.

VNIO.

VNIO sumitur pro actione vnitiua materiæ & formæ; pro earum vnione locali, seu indistantia; pro relatione inter partes vnitas; pro modo substantiali; & sic sumpta.

VNIO, est modus substantialis materiæ inhærens, formæ adhærens, vtramque ad constituendum compositum Physicum naturaliter, & substantialiter coniungens.

VNITAS, & VNVM.

VNVM, eſt quod eſt in ſe indiuiſum, & diuiſum à quolibet alio. Ex Ariſt. 5. Metaphyſ. cap. 6. & lib. 1. cap 1.

VNITAS, eſt indiuiſio rei in ſe, & diuiſio à qualibet alia. Ex eodem ibidem.

VNITAS per ſe, eſt quæ oritur ex vna eſſentia, vel natura, ſiue ſimplex ſit, ſiue compoſita. Vt, vnitas diuinæ naturæ, & vnitas hominis. Ex eodem ibidem.

VNITAS per accidens, eſt quæ oritur ex naturis diuerſis, ſeu completis, ſeu diuerſi ordinis aut prædicamenti. Vt, homo albus, cumulus lapidum, habent vnitatem per accidens. Ibidem.

VNITAS materialis, ſeu humerica, eſt entitas cuiuſque indiuidui, prout dicit incommunicabilitatem, & indiuiſionẽ in plura inferiora. Vt, vnitas Platonis. Ex eodem ibid.

VNITAS formalis, eſt eſſentia rei, prout dicit negationem diuiſionis in plures eſſentias, qualis eſt

ipſa Vt, vnitas naturæ humanæ. Ex eodem ibidem.

VNITAS vniuerſalis, eſt indiuiſio in ſe, cum aptitudine, vt diuidatur in plura inferiora. Vt, natura humana per intellectum abſtracta, communicabilis eſt multis.

VNIVERSALE.

VNIVERSALE complexum, eſt aliqua propoſitio generalis, ex qua plures particulares deduci poſſunt. Vt, omne totum eſt maius ſua parte. Commun.

VNIVERSALE incomplexum, eſt aliquid ſimplex, ad multa dicens ordinem. Vt, virtus reſpectu iuſtitiæ, prudentiæ, &c. Commun.

VNIVERSALE in ſignificando, eſt vox vna, quæ plura, & diuerſa ſignificat. Vt, canis, taurus. Comun.

VNIVERSALE in cauſando, eſt cauſa, quæ poteſt plures, & diuerſos effectus producere. Vt, Deus, cœlum. Commun.

VNIVERSALE in repræſentando, eſt res vna, quæ plura repræſentare nata eſt. Vt, ſpeculum. Commun.

VNIVERSALE in essendo, est quod pluribus inesse potest. Vt, animal homini, & bruto. Ex Arist. lib. 1. de Partib. Anim. cap. 4. & 1. de Interpretatione, cap. 5.

VNIVERSALE in prædicando, est quod de pluribus enuntiari potest. Vt, viuens de animali, & planta. Ex eodem ibidem.

VNIVERSALE Physicum, seu fundamentaliter sumptum; est natura realis in singularibus existens. Vt, natura humana Petri. Ex eodem 2. Ethic. cap. 3. & 1. Posterior. cap. 2.

VNIVERSALE Metaphysicum, est natura realis considerata in statu solitudinis, id est, non consideratis cõditionibus indiuiduantibus. Vt, natura humana concepta sine Petreitate, Pauleitate, &c. Ex eodem 2. Ethic. cap. 3.

VNIVERSALE Logicum, est vnum aptum inesse multis, & de multis prædicari, eadem omnino ratione. Vt, substantia respectu spiritus, & corporis; album, respectu ceruſæ & niuis. Ex eod. 1. de Interp. c. 5.

VNIVERSVM.

Vide MVNDVS.

VNIVOCVM.

VNIVOCVM vniuocans, seu nomen vniuocum, est quod eadem omnino ratione de suis inferioribus dicitur. Vt, homo, de Petro, & Paulo. Ex eodem in Prædicam. cap. 1.

VNIVOCA vniuocata, seu vniuoca, vt res, sunt ea, quorum est idem nomen, & ratio substantiæ nomini accommodata omnino eadem. Vt, Socrates, & Plato respectu hominis. Ex eodem ibidem.

VOLVNTAS.

VOLVNTAS, est potentia actiua, libera, naturæ intelligentis, quæ circa bonum, & malum versatur, prout ab intellectu propositum. Ex Aristot. 1. Magnor. Moral. & Moral. Eudemior. cap. 11.

VOLVPTAS.

VOLVPTAS, est quies appetitus in aliquo conuenienti bono Arist. Moral. Nicomacheor. lib. 7. cap. 12. & lib. 10. cap. 3.

VOLVPTAS ſenſitiua, eſt ſuaui
quædam motio in ſenſibus, ex ob
iecti delectabilis adeptione proue
niens. Ex eodem ibidem. Et Plat
in Phylebo.

VOTVM.

VOTVM, eſt deliberata promiſſi
de aliquo bono facta Deo. Ex D
Thom. 1. 2. quæſt. 88. art. 1.

VOX.

VOX, eſt ſonus animalis or
prolatus, cum intentione ſignifi
candi. Ex Ariſt. de Anim. cap. 8
& Interpretibus ibidem.

Vox articulata, eſt quæ ita pro
fertur, vt intelligi, & ſcriptis man
dari poſſit. Vt, homo. Ex iiſdem in
1. de Interpretatione.

Vox inarticulata, eſt quæ quam
uis ſignificet, non poteſt tamen
litteris exprimi. Vt, voces bruto
rum. Ex iſdem ibidem.

ZENITH.

ZENITH, eſt punctum in cælo directè poſitum ſupra caput intuentis. Ex Sacroboſco in Sphæra.

ZELVS.

ZELVS, eſt vehemens quidam appetitus remouendi ea, quæ contraria ſunt amori, vel rei amatæ. Ex Diuo Thom. 1.2. quæſt. 28. articul. 4.

ZODIACVS.

ZODIACVS, eſt circulus in Sphæra, qui æquinoctialem interſecat, & ab eo interſecatur in duas partes æquales, cuius medietas altera aquilonem verſus, altera verſus auſtrum declinat, quemque Sol annuâ ſuâ circulatione percurrit. Ex Sacroboſco in Sphæra cap. 2.

ZOOPHYTA.

ZOOPHYTA, ſunt animalia me-

diæ quaſi naturæ inter animalia, & plantas. Ex Simplicio in 2. de cœlo, textu 7.

FINIS.

ALPHABETVM Philosophicum.

ADMONITIO ad Lectorem.

Definitiones Philosophicæ, quæ in hoc Libello hactenus præcesserunt, cùm multa habeant commoda, id habent incommodi, quod Logica sint confusa cum Physicis, Moralia cum Metaphysicis: neque idem sit doctrinæ & litterarum alphabeticarum ordo. Huic malo medebitur hoc opusculum, quod Logicas definitiones, &c. Ab aliis distin-

Etas, iuxta doctrinæ & litterarum ordinem, tibi, Lector, repræsentabit.

ALPHABETVM LOGICVM.

ACCIDENS propriè dictum (quod etiam solet appellari accidens Physicum) definitur ab Aristot. in Interp. *quod est in aliquo, non vt pars.*

Explicatio vocum.

1. *Esse in alio*, significat hîc, vniri posse alteri vnione naturali, intimâ, & strictâ. Sic animâ vnitur corpori, calor manui.

2. *Non vt pars*, significat accidens non esse partem essentialem *entis per se*. *Ens per se* est id quod ita existit, vt non sit pars

alteri intimè & ſtrictè vniri apta
Tale ens vocatur à Philoſophi
ſubſtantia completa, ſiue ſubſtan
tia ſimpliciter dicta.

Subſtantia verò incompleta e
pars eſſentialis entis per ſe. Si
homo eſt ſubſtantia completa
eius anima eſt ſubſtantia incom
pleta: calor ipſius corporis e
accidens Phyſicum. Primò enim
vnitur homini; & conſequenter
eſt *in alio*. Secundò, non compo
nit eſſentialiter hominem; ideò
que *non eſt pars*.

ACCIDENS LOGICVM eſt ſub
ſtantia alteri enti ita ſuperue
niens, vt adeſſe & abeſſe poſſit ſi
ne eius interitu. Sic veſtis adu
nit homini, tanquam eius acc
dens Logicum.

ACCIDENS IN GENERE
prout abſtrahit hæc denomina
tio ab accidente Logico & Phyſi
co, eſt id quod poteſt adeſſe
abeſſe à ſubiecto ſine eius interit
ſaltem diuinitùs.

ACCIDENS PHYSICV
dicit

dicitur, quia veram φύσιν siue naturam accidentis habet, *Logicum*, quia licèt accidentis veram naturam non habeat, ipsius instar λέγεται, id est contingenter prædicatur.

ACCIDENS etiam appellatur aliquando, id quod est fundamentum denominationis contingentis siue illud sit accidens Physicum, siue sit substantia.

Actus est id quod fit. Actus & Actio sæpe confunduntur.

Actus, siue actiones nostri inteilectus sunt tres, Apprehensio, Enunciatio, & Argumentatio. Tres illi actus sunt accidentia, quæ creato intellectui inhæreat.

APPREHENSIO est actus animi intelligentis, sine affirmatione aut negatione.

AFFIRMATIO & negatio sunt species Enuntiationis. Enunciatio in genere est actus per quem animus iudicat; siue per quem enunciat id, quod in re

concipit esse, vel non esse. Id de quo iudicatur, appellatur à Philosophis *subiectum*; Id quod in iudicio attribuitur subiecto, vocatur *prædicatum*, siue *attributum*. Verbum substantiuum, sum, es, est, appellatur copula, siue nexus subiecti ac prędicati.

ARGVMENTATIO est actus animi inferentis consequens ex antecedente per particulam ergò, aut æquiualentem. Vt sol est lucidus: ergo vtilis.

ARGVMENTVM. *V.* pag. 33. per totum.

ARS est habitus cum vera ratione effectiuus: id est habitus cum vera ratione docens aliquid peritè facere.

Explicatio vocum.

Peritia est laus à qua quis dicitur bonus, non simpliciter, sed cum addito, vt bonus pictor &c. Laus est altera, à qua boni

ſimpliciter dicimur, laus nempe virtutis, quam prudentia dirigit. ideoque ſic poteſt prudentia definiri. Habitus cum vera ratione docens aliquid honeſtè facere.

Ars verſatur circa contingentia, quia licèt concluſiones eliciat neceſſitas, ſpectat earum ſubiectum tanquam indigens præceptis, eo quòd loco operationis rectæ, mala poſſit exerceri; indigere autem præceptis, eſt poſſe fieri & non fieri operationem bonam. hoc verò eſt eſſe *contingens*,

Causa propriè dicto eſt id à quo tanquam à priori aliud propriè dependet. Sic intellectus intellectionis eſt cauſa.

Cognitio eſt actio vitalis animi obiectum ſibi repræſentantis. Cognitio quidditatiua, comprehenſiua, abſtractiua, intuitiua. *V.* p. 53.

Certitvdo eſt firmitas aſſenſûs aut diſſenſûs.

CLARITAS est perspicuitas, qua intellectus obiectum ita euidenter cognoscit, sicut videt oculus lumen.

COMPARATIO. *Vide* pag. 54.

CONCEPTVS. *Vide* pag. 55.

CONTINGENS est, id quod contingit esse, & non esse; siue id quod potest aliter atque aliter se habere. Sic Petrum ratiocinari est contingens, eum esse rationalem, non esse contingens, sed necessarium.

CONCLVSIO FORMALITER ET MATERIALITER. *Vide* pag. 56.

DEFINITIO mentalis est actus animi per quem rei natura explicatur. Vocalis est oratio explicans naturam rei.

Definitio *quid nominis*, naturam rei explicat, prout ista natura nominis etymologia significatur.

Definitio *quid rei*, est propriè

dicta definitio, quæ rei essentiam per genus & differentiam declarat.

DISTINCTIO realis est separabilitas plurium, vnâ saltem ex parte. Sic Deus & creatura distinguuntur, quia Deus potest esse sine creatura : licèt creatura sine Deo esse non possit.

DISTINGVVNTVR RATIONE quæ cùm sint idem realiter, ita se habent, vt, vnum vel concipiatur sine altero, vel concipiatur clariùs quàm alterum.

DIVISIO est actus quo totum in suas partes distribuitur.

DIVISIO VNIVERSALIS est actus animi quo totum vniuersale in suas partes subiectiuas, putà species vel indiuidua distribuitur.

EDVCTIO est productio alicuius rei, ex nihilo sui, sed non ex nihilo subiecti.

ENS est id quod existit.

ENS RATIONIS est impossibile cognitum, vt Deus malus cognitus.

ENVNCIATIO est oratio iudicans aliquid de aliquo Enunciatio *coniuncta*. Pag 98. Enunciatio *causalis* est ea, quæ causam prædicati reddit: vt quia sol lucet dies est. *Conditionalis*, *copulatiua*, *disiunctiua* 98. 99. *De ineße*: *Modalis*, *necessaria*, *Contingens*, *Impoßibilis*. 100.. *Vniuersalis*, *particularis*, *indefinita* 101. *singularis* 102. *& cætera omnia vsque ad p.* 107. *excluſiuè.*

ENVNCIATIONVM CONVERSIO, *vide* p. 62.

Enunciatio de 2° adiacente ea est in qua verbum substantiuum est id 2um quod adiacet subiecto; vt *Deus est.* Enunciatio de tertio adiacente est ea in qua, præter verbum substantiuum, est tertium quid, quod adiacet subiecto, vt *Deus est bonus.*

ENTHYMEMA est Syllogismus mentalis in quo duæ tantùm pro-

positiones clarè exprimuntur.

FALSITAS CONCEPTVS est difformitas conceptûs cum obiecto.

FALSITAS LOCVTIONIS est difformitas locutionis cum iudicio mentis.

FINIS est id cuius gratiâ aliquid fit, siue *id propter quod* sicut causa efficiens est *id à quo*? materialis *id ex quo* aliquid fit, nempe vt subiecto receptiuo.

FORMA est id quod materiam actuat. Sic anima rationalis, dum informat materiam hominis, cum ea facit hominem actu existere. Sumpta est hæc denominatio à formis substantialibus, quæ formosiorem reddunt materiam: & translata ad formas turpes; quia materiæ vniuntur, eodem modo quo priores illæ.

GENVS est id quod prædicatur de multis specie differentibus in quid; species vt generi

ſubeſt, eſt ens notabiliter diuerſum ab altero. Sic homo differt à bruto. Species vt prædicabilis vniuerſaliter, eſt id quod de multis ſolo numero differentibus prædicatur in quid. V. Genus ſupremum, & reliqua per totum, pag. 126.

GRADVS ſunt diuerſa prædicata alia aliis altiora. Et quia genus & differentia ſic ſe habent, vt vnum altius, alterum inferius ſit, idcirco genus & differentia dicuntur gradus.

GRADVS METAPHYSICI dicuntur genus & differentia, quia Metaphyſica conſiderat *res omnes*; res autem omnes habent genus & differentiam.

GRADVS LOGICI ſunt varia prædicata alia aliis altiora, ſpectata prout ſunt in mente, in ordine proximo ad prædicabilitatem.

HABITVS eſt qualitas difficile mobilis à ſubiecto, poten-

tiam facilitans, vel eleuans ad producendos actus.

Habitus acquisitus. V. suprà 140 infusus ibid.

HABITVS PRIMORVM PRINCIPIORVM est habitus inclinans ad prima principia euidenter & sine discursu cognoscenda; vt totum est maius sua parte.

LOGICA ARTIFICIALIS, est principium habituale siue acquisitum, bene apprehendendi, iudicandi, & discurrendi. Logica docens, est habitus dans facilitatem ad tradenda trium istarum operationum præcepta: vtens, est habitus dans facilitatem ad exequenda ista præcepta.

LOGICA NATVRALIS est vis natiua bene apprehendendi, iudicandi, & discurrendi.

NECESSARIVM est quod aliter se habere non potest.

Necessitas est triplex Meta-

physica, Physica, & Moralis. Necessitas Metaphysica est ea, quâ res, etiam secundùm omnipotentiam Dei, aliter se habere non potest. Necessitas Physica est ea, quâ res iuxta naturæ cursum aliter se habere non potest. Necessitas Moralis est ea, qua res iuxta morem siue consuetudinem euentuum aliter se habere non potest. Sic necessarium est Moraliter vt peccet, qui sæpè periculo peccandi se obiicit. Necessarium est Physicè vt Eclipsis eueniat. Necessarium est Metaphysicè, vt homo sit rationalis.

Necessitas antecedens est ea quæ oritur ex causis impellentibus ad actum. Necessitas consequens est ea quæ oritur ex actu, vel consequentibus actum.

Reliqua ad necessitatem pertinentia. V. Infrà pag. 330.

OBIECTVM, *Vide infrà* SCIENTIA.

OPINIO. *Vide ibidem.*

PRÆDICAMENTVM. *ibidem.*

PROPRIVM. *Vide infrà* VNIVERSALE.

SAPIENTIA eſt collectio duarum virtutum intellectûs, habitûs ſcilicet primorum principiorum & ſcientiæ. 6. *Ethic. cap.* 7. Virtus intellectus, eſt habitus verum euidenter dicens, ſiue, vt ait Ariſtot. Habitus per quem intellectus affirmando aut negando verum dicit maximè.

SCIENTIA eſt cognitio certa & euidens rei per cauſam, *propter quam res ipſa* eſt. *Ariſtoteles.* Vltimæ voces innuunt ſcientiam debere eſſe ſpeculatiuam. Solus enim actus ſpeculatiuus conſiderat id quod eſt: practicus, id quod faciendum eſt, præcipit. Exemplum prioris ſit, virtus eſt bona: poſterioris, virtus eſt amanda.

Scientia poſtulat in obiecto

suo necessitatem Metaphysicam, aut Physicam.

Necessitatem antecedentem & absolutam non postulat : sufficit consequens, & hypothetica.

Necessarium absolutè id est quod, nullâ factâ hypothesi, non potest, non esse. sic necessarium est absolutè, vt Deus sit bonus.

Necessarium ex hypothesi est id, quod facta aliqua hypothesi non potest aliter se habere. sic homo qui non potest existere, ex hypothesi quod existat, non potest non esse rationalis.

Necessarium ex hypothesi, vel est ex hypothesi existentiæ, vel alicuius ab existentia distincti.

Necessitas hypothetica 1° modo, est ex hypothesi rei Metaphysicè, Physicè, aut Moraliter tantùm connexæ cum eo de quo agitur. Vt ex hypothesi, quòd assentiar, non possum dis-

ſentire. Ex hypotheſi quod ſim coloratus, non poſſum non eſſe viſibilis. Ex hypotheſi, quod pericliter ſæpiùs, non poſſum non aliquando caſum ſiniſtrum pati.

Neceſſitas vna dicitur exiſtentiæ: altera eſſentiæ, ſiue connexionis prædicati cum ſubiecto, quod ſupponitur iam exiſtere.

Exiſtentia differt formaliter ab eſſentia, quia exiſteutia eſt res exiſtens, primò intellecta. Eſſentia eſt connexio alicuius prædicati cum re, quæ ſupponitur iam exiſtere.

Neceſſitas exiſtentiæ conuenit ſoli Deo. Conuenit creaturis neceſſitas eſſentiæ hypothetica.

Neceſſitas conſequentis & conſequeutiæ. *V.* pag. 199.

Scientia differt ab opinione, quia opinio eſt iudicium verum, ſed ineuidens & incertum.

Scientia est vera, euidens, & certa.

Scientia est virtualiter aut formaliter discursiua, putà hic actus, (quia Petrus est homo, est risibilis) ad scientiam pertinet quamuis non sit formaliter discursiuus.

Obiectum scientiæ est id quod scientia considerat.

Obiectum materiale est obiectum commune variis scientiis, sicut materia ligni est communis variis artefactis ex ligno.

Obiectum formale est ratio specialis, sub qua obiectum materiale ab vna tantùm scientia spectatur.

Scientiæ obiectum adæquatum sunt omnia quæ per illam cognoscuntur. Partiale, est pars eorum quæ cognoscuntur. Iam verò, si obiectum illud partiale sit pars præcipua quæ parum à toto differat, obiectum attributionis dicitur. Obiecti autem at-

tributionis pars præcipua, dicitur obiectum primarium: minùs præcipua, obiectum ſecundarium vocatur.

Obiectum ſcientiæ ſunt res omnes ſcibiles.

Res autem omnes ſcibiles diſtribuuntur à Philoſophis varias in claſſes, quas appellant *prædicamenta.*

Res omnes abſolutæ aut relatiuæ.

Abſolutum eſt quod intelligi poteſt ſine reſpectu.

Relatiuum eſſentialiter eſt quod intelligi non poteſt ſine reſpectu.

Relatiuum accidentaliter eſt id cui accidentaliter conuenit, vt habeat vnde mouere poſſit intellectum ad conceptum comparatiuum vnius cum altero. Relatio enim eſt motiuum conceptûs comparatiui, vel vt habet D. Thom. de Potent. q. 7. art. 9. *Ordo vnius ad alterum.* V. ſuprà

tio ſingulari & incommunicabili, ſunt idem inter ſe.

3. De quibus contradictoria dicuntur, ea non ſunt idem inter ſe.

In ſyllogyſmis Barbara, celarent, &c. medius terminus debet ſemper diſtribui, id eſt vniuerſaliter ſumi.

Nullus terminus diſtribui debet in concluſione, qui non fuerit diſtributus in præmiſſis.

Ex præmiſſis duabus negatiuis perfectè (id eſt ſecundum ſensùm, non autem ſecundùm verba) nihil concluditur.

In ſyllogyſmo non debent eſſe niſi tres termini, & conſequenter vnus terminus non debet ſumi in ſuppoſitione diuersâ. Terminus eſt id quod poteſt eſſe ſubiectum aut prædicatum propoſitionis. Terminus ſignificatione complexus eſt is qui præter *ens* aliquid includit;

ſimplex, qui tantum *ens* ſigni
ficat.

Terminus vocibus comple
xus, ſunt multæ voces inter ſ
coniunctæ, vt Deus bonus. Ter
minus voce incòmplexus eſt vn
vox, vt Deus. V. NOMEN pe
tot. P. 202. 203.

Suppoſitio eſt acceptio vo
cis pro ſe, vel pro ſuo ſignifi
cato.

Suppoſitio materialis, eſt ac
ceptio vocis pro ſe; vt homo e
vox.

Suppoſitio formalis, eſt accep
tio vocis pro ſuo ſignificato, v
homo eſt animal.

Syllogyſmorum ſolutiones fiun
vt plurimum, adhibitis variis di
ſtinctionibus; ex quibus vſitatæ
aliquot ſuggero.

Priùs ratione eſt id quod priu
altero concipitur.

Priùs naturâ eſt id quod priù
altero concipi poſtulat, ob cau
ſalitatem quâ in alterum influi

vel ob vniuerſalitatem quâ illo ſuperius eſt. Ita ſol prior eſt naturâ quàm lumen; animal prius eſt naturâ quàm homo.

Materialiter aliquando idem eſt, ac entitatiuè.

Materialiter aliquando idem eſt ac ſubiectiuè.

Formaliter aliquando idem eſt ac mentaliter.

Formaliter aliquand idem eſt ac reduplicatiuè; vt homo reduplicatiuè quà homo, eſt rationalis.

Formaliter aliquando idem eſt ac expreſsè & explicitè; cui opponitur virtualiter & æquiualenter. Vt qui conſtituit pœnam furto, licet furtum formaliter non prohibeat, prohibet æquiualenter.

Sequuntur *in actu ſignat*, & *in actu exercito.*

Facere aliquid in actu *ſignato* idem eſt ac expreſsè, & veluti rem *ſignando*, *in actu exercito*,

idem eſt ac æquiualenter, per *exercitium* actus alicuius id ipſum præſtando.

In ſenſu compoſito, & *in ſenſu diuiſo*. V. ſupra p. 264.

Per ſe aliquando, idem eſt ac neceſſariò: *per accidens* idem eſt aliquando quòd contingenter.

Per ſe aliquando idem eſt, atque *ex naturali connexione*: vt Architectus per ſe ædificat, licet ædificare actu, ſit contingens in Architecto. Per accidens, aliquando idem eſt ac ſine connexione; vt Architectus canit: quia inter hæc non eſt connexio.

Simpliciter & ſecundùm quid.

Simpliciter aliquando idem eſt ac maiori ex parte. Secundùm quid, id eſt, ſecundum aliquam partem. Vt, Æthiops niger eſt ſimpliciter, & ſecundùm quid albus, i. ſecundum dentes.

Simpliciter aliquando idem eſt, ac cum reſtrictione. Secundùm quid, id eſt cum reſtrictione.

Syllogiſmus topicus & ſpeudographus. V. p. 289. demonſtratiuus 289.

Demonſtrationis ſubiectum poſſunt eſſe res ſingulares, vt Deus; itemque vniuerſales.

Singulare eſt id quod eſt indiuiſum in ſe & diuiſum ad omni alio. per diuiſum multi intelligunt diſtinctum. V. ſupra DISTINCTIO.

VNIVERSALE eſt vnum aptum prædicari de multis. Sic homo prædicatur de Petro & Paulo, eodem modo (ſeruata proportione) quo vna pictura de duobus hominibus planè inter ſe ſimilibus prædicatur.

Vniuerſale Phyſicum eſt vniuerſale fundamenta iter prout exiſtit à parte rei, id eſt naturæ multæ præbentes fundamentum

intellectu vnius ideæ effingendæ, in quam omnia conueniunt. Hoc vniuersale dicitur etiam à quibusdam vniuersale Metaphysicum, quia Metaphysicum est id, quod conuenit omni enti; at omni enti conuenit vt habeat, vniuersalitatem quandam fundamentalem Deus enim cum creaturis: & creaturæ cum Deo conueniunt.

Vniuersale Logicum est idem vniuersale quod supra, vt existens in mente siue λόγῳ, abstractum atque præcisum ab inferioribus, per conceptum omnia confusè & sine distinctione repræsentantem.

Vniuersalia sunt Genus & species. V. supra p. 325.326.

Genus intermedium: infimum. V. supra p. 134.

Species subalterna, infirma. V. supra p. 273.

Vniuersalia materialiter sunt proprium, differentia, & accidens.

Proprium eſt quod fluit ab eſſentiâ rei, & cum ea reciprocatur.

Differentia propriiſſima, V. ſupra. p. 78.

Accidens. Vide ſupra p. 3.

Vniuerſale debet prædicari diuiſim & vniuocè. Diuiſim id eſt debet prædicari de multis diuiſam ſiue diſtinctam realiter naturam habentibus. Sed quid eſt prædicari vniuocè? vniuoca ſunt ea quorum eſt nomen idem & ratio per nomen ſignificata prorſus eadem; vt duo homines. Æquiuoca ſunt ea quorum eſt idem nomen, ſed ratio nomine ſignificata penitus diuerſa, vt Gallus homo, & Auis.

Analoga verò ſunt ea quorum eſt, idem nomen, & ratio nomine ſignificata diuerſa, ſed cum ordine ad idem; vt ſanum dicitur diuerſimodè de animali ſano; & de medicina quæ eſt

cauſa; & de colore, qui eſt index
ſanitatis: ſed habent tamen iſta
omnia ordinem ad vnum, ſanita
tem ſcilicet animalis.

ALPHABETVM Physicum.

Ad Phisicam generalem pertinens.

ACTIO est duplex; creatiua scilicet & generatiua. Creatiua oriri tantum potest à Deo, & est actio qua res producitur ex nihilo sui & subiecti. Generatio verò, siue eductio est productio rei ex nihilo sui, non autem subiecti.

Quod educitur, vocatur forma: subiectum quod formam substantialem recipit, dicitur ma-

teria. Vide ſupra ens per ſe. pag. 94.

Materia definitur primum ſubiectum ex quo eſſentialiter inexiſtente componuntur entia naturalia.

Forma ſubſtantialis eſt actus primus materiæ, ſiue primum in rebus creatis agendi principium.

Forma accidentalis. V. ſupra Accidens.

Materiæ inhæret quoddam accidens, quod vocatur quantitas: aptumque eſt naturaliter impedire penetrationem partium materialium, quæ diuerſa occupant loca.

Res omnes materiales ſunt diuiſibiles & continuæ.

CONTINVVM eſt id cuius partes diuerſis in locis poſitæ vnione arctiſſimâ copulantur. Partes vel ſunt *aliquotæ*, id eſt æquales vni certæ, quæ *aliquoties* repetitæ poſſunt adæquare

totum: vel sunt *proportionales*, id est quæ spectantur tantùm prout habent proportionem æqualitatis secundùm duas medietates: non autem prout referuntur ad totum, quod repetitione sui adæquare possunt. Sic palmus est diuisibilis in duas medietates æquales: & medius palmus in duas medietates æquales.

Partes *aliquotæ* non sunt, nec dicuntur partes *communicantes*: Partes verò proportionales sunt & dicuntur partes *communicantes*, quia licet inter se non communicent duæ medietates secundæ diuisionis, communicant cum medietatibus primæ diuisionis.

Partes possunt diuidi secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Longitudo materialis vocatur à Philosophis *linea*: longitudo & latitudo, *superficies*: longitudo,

latitudo & profunditas, *corpus*. Et iſtud quidem corpus appellatur à Philoſophis *quantitatiuum*: ad differentiam corporis *Categorici* pertinentis ad *Categoriam* ſubſtantiæ, quod ſignificat compoſitum ex materiâ & formâ ſubſtantiali.

ALTERATIO eſt productio qualitatis in ſubiecto. Qualitas eſt accidens à cuius partibus intimè vnitis ſubiectum poteſt denominari tale, magis aut minus, vt magis aut minùs calidum.

AVGMENTATIO eſt additio partis ad partem cum aliâ continuandam.

Augmentatio propria viuentium eſt actio vitalis qua anima trahens alimentum per intus ſuſceptionem in poros aliti, ipſius extenſionem auget.

CORRVPTIO eſt deſitio rei in nihilum ſui, ſed non ſubiecti. Sicut annihilatio eſt de-

litio rei in nihilum sui & subiecti.

GENERATIO SVBSTANTIALIS quæ fit in rebus creatis est eductio alicuius formæ, autquasi formæ substantialis.

Generatio propria viuentium, est origo viuentis à viuente in similitudinem naturæ, vel eiusdem numero, vel saltem specificè infimæ.

Generatio rerum naturalium in infinitum abire non potest.

INFINITVM IN ALIQVO GENERE ENTIS est totum ex quo sumentibus secundùm partes licet semper plura & plura accipere. Vt, si detur linea, vel qualitas, vel multitudo infinita.

INFINITVM IN OMNI GENERE ENTIS est id quo nihil potest perfectius dari, vt Deus.

INFINITVM POTENTIA est aliquid finitum, cui sine fine multa possunt accedere.

INFINITVM actu est id quod secundum quæ actu habet, non habet finem.

MOTVS est actus entis in potentiâ, prout in potentiâ; id est motus est formæ quæ priùs non habebatur, sed erat in potentia, productio, vlteriùs tendens ad similem formam acquirendam, quæ est in potentiâ. Quies est carentia motûs, siue est possessio formæ productæ, non tendens vlteriùs ad similem formam acquirendam.

MOTVS AD LOCVM vocatur ab Aristotele latio. Locus corporeus est vltima superficies corporis continentis immobilis, id est quæ spectatur tanquam immobilis, vt in eodem loco corpus esse vel non esse dicatur.

MOTVS GRAVIVM est motus ab intrinseco ad medium mundi.

MOTVS LEVIVM est mo-

tus ab intrinseco, qui fit à medio mundi.

MOTVS AD QVANTITATEM maiorem aut minorem est rarefactio aut condensatio. Sic aqua dum imponitur igni, rarefit & extenditur magis. Iuxtà sententiam quorumdam Philosophorum, fit hæc rarefactio, quatenus materia quæ priùs habebat multas partes eodem in loco positas, quasdam ibidem relinquit, alias auellit ab eodem spatio, nouâ quantitate donandas. In *Condensatione* verò destruitur partim vetus quantitas, & partes ab eâ priùs informatæ suos in alueolos redeunt.

NATVRA est principium motus & quietis eius in quo est primò per se & non secundùm accidens. Per motum intelligitur non solùm localis, sed etiam alteratiuus, &c. Per principium intelligitur passiuum, vt mate-

xiâ: vel actiuum, vt forma. Omnes ſubſtantiæ ſunt naturales. Accidens naturale eſt id quod produci poteſt à creatura cum ordinario Dei concurſu. Supernaturale, quod non poteſt produci à creaturâ niſi eleuatâ.

TOTVM eſt id quòd reſultat ex partibus vnitis vnione locali, vnione continuitatis, vel vnione informationis. Vnione locali, qualem habet Angelus cum corpore, vel res vicinæ, aut contiguæ Vnione continuitatis, quam habent partes eiuſdem aquæ. Vnione informationis quam habent materia, & formæ accidentales aut ſubſtantiales.

VACVVM eſt locus carens corpore & eo repleri aptus.

ALPHA-

ALPHABETVM Meteorologicum.

AER (Meteororum locus) est elementum summè humidum & remissè calidum. Arist. 2. de Genet.

ECLIPSIS LVNÆ est defectus luminis in Lunâ, propter interpositionem terræ inter Lunam ipsam & Solem.

ECLIPSIS SOLIS est interpositio Lunæ inter Solem & terram, ex quâ interpositione fit vt Sol à nobis non videatur.

EXHALATIO est halitus siccus & calidus è terra vi caloris eductus. Arist. 1. Meteor. cap. 4.

FVLMEN est exhalatio nubi-

ta ignita, è nube magno impetu excussa. Aristot. de Mundo, cap. 4.

GLACIES est aqua conferta à serenitate compactilis. ibid.

GRANDO est aqua decidens è nube vi frigoris inter cadendum congelata. 1. Meteor. cap. 2.

NIX est aqua friabili densitate conglaciata. De Mundo, cap. 3.

NVBES est vaporum copia in aëre medio posita, propter circunstans frigus addensata, & in aquam resolubilis. 1. Meteor.

PLVVIA est nubes in aquam soluta.

PRVINA est vapor subtilis & tenuis in infimâ regione priusquam in aquam resoluatur, congelatus.

Ros est humidum quid è serenitate concretum, minutimque delabens De Mundo, cap. 4.

TONITRV est sonus existens è conflictu exhalationis in nubę

incluſæ, ad nubis latera ex quâ nitiſur erumpere, vel ex duarum inter ſe colliſione nubium.

VAPOR eſt halitus humidus & calidus ex aquâ vi caloris eductus. 1. Meteor.

VENTVS eſt exhalatio multo ſæpe humore permixta, Solis aliorúmve ſyderum vi ſurſum attracta, & frigidi aëris occurſu repulſa, obliquè diſcurrens.

ALPHABETVM Anatomicum.

ARTERIA est vas membraneum, teres, & cauum, duplicique compactum tunica, quo tenuissimus calidissimusque sanguis per corpus vniuersum pulsu distribuitur.

ARTERIA VOCALIS, est ille canalis quo aër in pulmonem inuehitur, tunicis duabus tegitur, nomenque habet ἀπὸ τοῦ ἀίεσθαι πνεῦμα, ab aëre seruando. Translatum deinde est hoc nomen ad arterias læues quæ sanguinem magis aëreum & subtilem continent: ipsa verò arteria vocalis, ad illarum differentiam vocata est aspera, siue τραχεῖα, propter substantiæ, quâ

conſtat, inæqualitatem.

CARO eſt pars corporis noſtri ſimplex, mollis, rubicunda, fibras muſculorum complectens.

CARTILAGO eſt pars corporis omnium, poſt os, maximè terrea & ſolida.

CEREBRVM eſt pars capitis mollis, alba, flexuoſa, principium neruorum.

COR eſt viſcus carne durâ fibroſâ, & causâ conſtans, principium Arteriarum.

CVTIS eſt membrana omnium ampliſſima, partium ſubiectarum tegumentum, munimentum, & ornamentum.

EPIGLOTTIS eſt membrana cartilaginoſa, rotunditatis oblongæ, laryngis meatui ſuperpoſita, quæ attollitur dum reſpirat animal, & dum aliquid tranſglutit, deprimitur.

FIBRÆ ſunt fila oblonga, gracilia, alba, ſolida, valida, omnis generis partibus inſerta,

GVLA eſt meatus à faucibus in ventriculum, duabus tunicis conſtans, per quem cibus & potus in ventriculum deſcendunt.

GVRGVLIO eſt caro fungoſa, oblonga, à palato iuxta narium meatus in os propendens; ſuperiori quidem parte latior: inferiori verò in modum pyramidis acuta.

INTESTINA ſunt corpora membranoſa, caua, rotunda, ab imo ventriculo ad anum vſque protenſa, diſtribuendi in iecur chyli, & continendi expellendique ſtercoris inſtrumenta.

LIEN eſt pars corporis rara; ſpongioſa, nigricans, ventriculo ſiniſtra parte incumbens, & ſanguinem humore atro repurgans.

LIGAMENTVM eſt pars corporis ſimplex, poſt os & cartilaginem maximè terreſtris, partem parti alligans, muniens, aut veſtiens.

LINGVA eſt pars fungoſa, medio in ore poſita, ſermonis & guſtus præcipuum inſtrumentum.

MEMBRANA eſt pars corporis ſimplex, neruoſa, lata, plana, valida, tenuis, faciléque dilatabilis.

MESENTERIVM eſt corpus membranoſum, in medio inteſtinorum ſitum, venæ portæ ramos connectens.

MVSCVLVS eſt motus voluntarij inſtrumentum, tunica propria, carne, neruis, arteriis, fibriſque contextum.

NERVVS eſt pars corporis ſicca, frigida, rotunda, ex cerebro vel medulla ſpinali orta, vehendo ſpiritui animali deſtinata.

OCVLVS eſt viſionis inſtrumentum tribus humoribus aqueo, cryſtallino; & vitreo, & quatuor tunicis, adnatâ, corneâ, vueâ, & retinâ conſtans.

Os est pars corporis durissima, quæ corpori stabilimentum & figuram præstat.

Pilvs est pars corporis, tenuis, longa, flexilis, sicca, ex cute erumpens.

Pvlmo est caro laxissima, & mollissima, respirationis & vocis instrumentum.

Renes sunt partes carnosæ, densæ, concauæ, fibrarum expertes, vrinam à sanguine secernentes.

Svdor est humidum tertiæ concoctionis excrementum per cutem in aquæ speciem erumpens.

Sternvtamentvm est motus cerebri humorem frigidum repellentis, auxilio aëris per nares attracti, qui per easdem & os illico retruditur.

Tendo est ἀπονεύρωσις seu finis musculi, quo in partem mouendam infero, fit motus omnis voluntarius.

VENA est vas membraneum vna constans tunica, vehendo sanguini à natura destinatum.

VENA PORTA est vena quæ ex hepatis parte caua oritur; sic fortasse dicta quòd per eam primùm porterur in hepar materia sanguinis. Vena caua ex parte hepatis gibba exoritur, & vocatur caua, quòd omnium venarum capacissima sit

VENTRICVLVS est pars membranosa, caua, rotunda, oblonga, duabus tunicis constans, cum Oesophago continua; ciborum receptaculum.

ALPHABETVM Morale.

NIHIL vtile designari hîc posset, quod non contineatur Alphabeto Aristotelico, inferiùs subiiciendo.

ACTIO, Vide in Alphabeto Aristot.

BEATITVDO ibid.

BONVM ibid.

ELECTIO ibid.

HABITVS. ibid.

INVITVM ibid.

LIBERVM ibid.

PASSIO ibid.

VIOLENTVM ibid.

VIRTVS ibid.

ALPHABETVM ARISTOTELICVM.

ACCIDENS τὸ συμβεβηκός. Ὃ ἔστι μὲν οὐκ ἐν μέρει θάτερον, *quod est in alio, non vt pars.* Arist. in Antepræd.

PER ACCIDENS κατὰ συμβεβηκός. 2. Physic. c. 1. cui opponitur per se, καθ' αὑτό. ibid.

ACTVS ἡ ἐνέργεια. esse actu ἐστὶ τῇ ἐνεργείᾳ cui apponitur esse potentia, ἐστὶ τῇ δυνάμει.

ACTIO MORALIS ἡ πρᾶξις. Actio artificiosa siue effectio ἡ ποίησις.

ÆQVIVOCA Ὁμώνυμα λέγεται ὧν ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ κατὰ τοῦτο ὀνομασθὲν λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος. in Antep. §. 1. Æquiuoca sunt

quorum nomen ſolum commune, & ratio ſignificata per nomen, diuerſa; ſine ordine ad vnum.

Analoga ἀνάλογα, vel vt habet Ariſt. 7. Methaph cap. 1. πρὸς ἕν quæ ad vnùm ſunt, id eſt quorum nominis ſignificatio diuerſa ad vnum ordiuatur.

ANIMA ἡ ψυχή.

Ἐστι ψυχὴ ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. 2. Anima, c. 1.

Anima eſt actus primus corporis naturæ organici potentiâ vitam habentis.

ARS ἡ τέχνη.

Ἡ μὲν οὖν τέχνη ἕξις μετ' ἀληθοῦς λόγου ποιητική ἐστι. Eth. cap. 4.

Ars eſt habitus cum vera ratione effectiuus.

BEATITVDO ἡ εὐδαιμονία.

Ἐστιν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειαι κατ' ἀρετὴν τελείαν. Eth. c. 13. Beatitudo eſt animæ operatio ſecundùm virtutem perfectam.

Δοκεῖ δ' ἡ Εὔδοξος καλῶς συνιδεῖν περὶ τῆς ἀριστείας τῆς ἡδονῆς: 1. Ethic. cap. 12. Videtur Eudoxus, vbi de principatu felicitatis agitur, recte eum tribuere voluptati.

BONVM τἀγαθόν.

Διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθὸν οὗ πάντα ἐφίεται 1. Ethic. cap. 1. Ideò rectè definierunt bonum, quod omnia appetunt.

CALOR ὁ θερμός.

Τὸ θερμὸν αὑτῷ πέφυκε φέρεσθαι 1. Meteor. cap 4 Calidum naturâ suâ sursum fertur.

CAVSA ἡ αἰτία.

CONTINGENS, ὃ ἐνδέχεται.

CONTRARIA τὰ ἐναντία.

CONTRAD. τὰ ἀντιφατικά.

CORPVS ὁ σῶμα

CORRVPTIO ἡ φθορά.

DEFINITIO ὁρισμός.

DENSVM ὁ πυκνός.

Τὸ δὲ πυκνὸν μανοῦ διαφέρει τῷ ἐν ἴσῳ ὄγκῳ πλείω εἶναι μᾶζαν. Arist.

3. de Cælo c. 1. *Differt denſum à raro, quod denſum ſub æquali extenſione plus habeat materiæ.*

DIFFERENTIA ἡ διαφορά.

ELECTIO ἡ προαίρεσις.

ELEMENTVM τὸ στοιχεῖον.

ENVNCIATIO ἡ ἀπόφανσις.

κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσις τινὸς κατά τινος. ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσις τινὸς ἀπό τινος De Interp. cap. 6. Affirmatio eſt enunciatio quæ aliquid de quodam dicit. Negatio eſt enunciatio quæ aliquid remouet ab aliquo.

FLAMMA ἡ φλόξ.

Μάλιστα μὲν γὰρ ἡ φλὸξ πῦρ. ὧν δ' ἐστὶ καπνὸς καπνόμενος, ὁ μὲν καπνὸς ἐξ ἀέρος καὶ γῆς. 2. de Gener. cap. 4. Flamma maximè eſt ignis. Hæc autem eſt fumus accenſus, qui aëris & terræ plurimum includit.

FORMA ἡ μορφή.

Δοκεῖ γὰρ ἕκαστον σῶμα ἴδιον ἔχειν εἶδος καὶ μορφήν. 1. de Anim. c. 3.

detur enim vnumquodque corpropriam habere speciem & formam.

FRIGVS ὁ ψυχρός.

GENVS γένος.

Γένος δέ ἐστι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει κατὰ τὸ τί ἐστι κατηγορούμενον. 1. Top. genus est quod de differentibus specie prædicatur in quid incompletum.

HABITVS ἕξις.

HVMIDVM ὑγρόν.

Τὸ μὲν γὰρ εὐόριστον οἰκείῳ ὅρῳ ἀόριστον δὲ ἀλλοτρίῳ ξηρὸν δὲ τὸ ἀόριστον μὲν οἰκείῳ ὅρῳ εὐόριστον δὲ. 2 de Gener. cap. 2 Humidum est id quod difficile terminatur termino proprio: facilè, alieno. Siccum quod facilè terminatur termino proprio, difficilè alieno.

IGNIS ὁ πῦρ.

Τὸ μὲν γὰρ ὕπατον πάντων ὑπάρχον ὅτι πῦρ. 1. Meteor. cap. 2. Altissimum elementum est ignis.

INFINITVM τὸ ἄπειρον.

Ἀπειρον μὲν τοῦτ' ἐστὶν οὗ κατὰ τὸ ποσὸν λαμβάνοντι ἀεί τι λαβεῖν ἐστὶν ἔξω τοῦ. 1. Physic. c. 4. Id de quo accipientibus secundùm quantitatem semper licet aliquid accipere, est infinitum.

Intelligentia ἡ νοῦς.

Invitum ἀκούσιον.

Δοκεῖ δ' ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ ἢ δι' ἄγνοιαν γινόμενα. 3. Ethic. c. 1. Videntur autem esse inuita quæ vi aut ignorantia fiunt.

Leve ὁ κοῦφον.

Ὁ ἀπὸ τοῦ μέσου πέφυκε φέρεσθαι. 1. de Cœlo, c. 8. Leue à medio mundi natura sua mouetur: graue, ad medium, ὃπερ ὁ μέσον.

Liberum ὃ ἐφ' ἡμῖν, ὃ ἀναιρετόν, οὗ κύριοί ἐσμεν 3. Ethic.

Locus ὁ τόπος.

Τὸ τοῦ περιέχοντος πέρας ἀκίνητον πρῶτον, τοῦτ' ἐστὶν ὁ τόπος. Locus est terminus primus immobilis corporis continentis. 4. Phys. cap. 4.

Motus ἡ κίνησις.

Διὸ κίνησις ἐντελέχεια τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν. 3. Physic. cap. 2. Motus est actus mobilis, quatenus mobile est.

NATURA ἡ φύσις.

Ἡ ἀρχὴ τις, καὶ αἰτία τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως, καθ' αὑτὸ, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. lib. 2. Physic cap. 1. Natura est principium & causa motus & quietis eius in quo est primò, per se, & non secundùm accidens.

NECESSARIVM τὸ ἀναγκαῖον.

NEGATIO ET AFFIRMATIO ἀπόφασις καὶ κατάφασις.

OPINIO ἡ δόξα. Opinabile τὸ δοξαστόν.

PASSIO τὸ πάθος.

PROPRIVM τὸ ἴδιον.

Ἴδιον δ' ἐστὶ, ὃ μὲν δηλοῖ μὴ τὸ τί ἐστιν, μόνῳ δ' ὑπάρχει, καὶ ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος. 1. Topic. cap. 4. Proprium est quod non declarat essentiam rei, & soli inest, & reciprocè dicitur.

QVALITAS ἡ ποιότης.

Ποιότητα λέγω καθ' ἣν ποιοί τινες εἶ) λέγονται. in Categ. cap. de qual. Qualitatem dico à qua (ſupple intenſibili) aliqui diuentur quales.

QVANTITAS ὁ ποσός.

Τῶν δὲ ποσῶν, ὁ μὲν ἐστι διωρισμένος, ὁ δὲ συνεχής. in Categor. cap. de quant. Quantorum alterum eſt diſcretum; alterum continuum.

RARVM ὁ μανός.

RELATVM ὁ πρός τι.

SAPIENTIA ἡ Σοφία.

Ἔστι γὰρ ἡ Σοφία περὶ τὰς ἀρχάς, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν ἤδη δεδειγμένα. Ariſt. 1. Mag. Mor. cap. 35. Sapientia verſatur circa principia; & circa ea quæ ex illis demonſtrantur.

SCIENTIA ἡ ἐπιστήμη.

Ἐπίστασθαι γὰρ οἰόμεθα ἕκαστον ἁπλῶς, ὅταν τήν τ' αἰτίαν οἰόμεθα γινώσκειν δι' ἣν ὁ πρᾶγμά ἐστιν, ὅτι ἐκείνου αἰτία ἐστὶ, καὶ μὴ ἐνδέχεται

τοῦτ' ἄλλως ἔχειν. Anal. lib. 1. c 2. Scire enim putamus vnumquemque simpliciter, cum eum causam putamus scire propter quam res est quia eius causa est, nec potest aliter se habere.

SPECIES ὁ εἶδος. species est Τὸ τοιονδὶ κατ' αὐτό. Quod essentialiter tale est. siue ἔχον τὴν γένους διαφοράν quod habet differentiam generis. 10. Metaphysic. cap. 8.

SVBSTANTIA ἡ οὐσία.

Ὡς τὸ πρῶτον ὄν, οὐ τοιόνδε ὄν. ἀλλ' ὂν ἁπλῶς, ἡ οὐσία ἐστίν 7. Metaphys. c. 1. Quod est primum ens, neque ens tale, sed ens simpliciter, substantia est.

SYLLOGISMVS. ὁ Συλλογισμός.

Συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τοῖς κειμένοις. Aristot. 1. Anal. pri. c. 1. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis, aliud quid necessariò infer-

tur, quoniam illa sic se habent.

TEMPVS ὁ χρόνος.

Ὅτι μὲν οὖν ὁ χρόνος ἀριθμός τις κινήσεώς ἐστι καὶ ὡς πρότερον καὶ ὕστερον, φανερόν. 4 Physic. c. 14. Quod igitur tempus est numerus motus secundùm prius & posterius, manifestum.

TERMINVS ὅρος.

Ὅρους δὲ λέγω εἰς οὓς διαλύεται ἡ πρότασις οἷον τό τε κατηγορούμενον, καὶ ὃ καθ' οὗ κατηγορεῖται. 1. Anal. pag. 1. c. 1. Terminum autem voco id in quod resoluitur propositio, cuiusmodi est prædicatum propositionis, & id de quo fit prædicatio.

VACVVM ὃ κενόν.

Τὸ κενὸν τόπου ἀπουσίαν ἔφη εἶναι, εἰ ἔστιν, ἐστερημένον σώματος. 4. Physic. cap. Vacuum locus est priuatus corpore.

VIOLENTVM ὃ βίαιον.

Ἔοικε δὲ ὃ βίαιον εἶναι οὗ ἔξωθεν, ἡ ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιαζομένου. 3. Ethic. cap. 1. Violentum

est id quod est à principio extrinseco nihil conferente eo quod cogitur.

VIRTVS ἀρετή

Virtus intellectûs ἕξις κατ' ἣν ἀληθεύομεν τῷ καταφάσει ἢ ἀποφάσει. Habitus per quem maximè verum dicimus affirmando aut negando. 6. Ethic. cap. 2.

Virtus voluntaris, ἕξις προαιρετικὴ οὖσα μετότητι τοῦ. Habitus electiuus in mediocritate consistens. 2. Eth. c. 6.

VNIO, ἡ ζύγωσις. 8 Met. c 6.

VNIVERSALE, τὸ καθόλου

Τοῦτο γὰρ λέγεται καθόλου ὃ πλείοσι ὑπάρχει πέφυκε. Vniuersale enim dicitur quod aptum est pluribus inesse. 7. Met. c. 13.

VNIVOCA, συνώνυμα.

Συνώνυμα δὲ λέγεται ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν, καὶ ὁ κατ' ὄνομα λόγος τῆς οὐσίας αὐτὸς, in Antepen. Vniuoca sunt quorum uomen & significatio, eadem.

VOLVNTAS ἡ βούλησις.

Ἀρχὴ δ' ὅτι προαίρεσις ἢ σπουδαίας ἢ φαύλης, προαίρεσις καὶ βούλησις, ἢ ὃ κατὰ λόγον πρᾶξις. 1. Mag. Mor. cap. 12. Principium verò actionis bonæ & malæ est electio & voluntas; & omne quod est secundùm rationem.

VOLVNTARIVM siue spontaneum ὃ ἑκούσιον.

Εἰ δέ ἐστιν προαίρεσις ὄρεξίς τις βουλευτικὴ μετὰ διανοίας, οὐκ ἔστι τὸ ἑκούσιον προαιρετὸν· ἑκόντες γὰρ πολλὰ πράττομεν πρὶν διανοηθῆναι, καὶ βουλεύσασθαι, οἷον καθίζομαι, καὶ ἀνίσταμαι, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα. ἑκόντες μέν, ἀλλ' οὐ μετὰ τοῦ διανοηθῆναι· οὐκ ἄρα τὸ ἑκούσιον προαιρετόν, ἀλλὰ τὸ προαιρετὸν ἑκούσιον. Quod si delectus appetitus quidam est, in consilium deueniens, cum cogitatione & deliberatione coniunctus, non est voluntarium, idem ac eligibile. Sponte enim agimus multa antè, quàm intelligamus, atque consultemus: sicut sedendo, exurgendo, & id genus alia fa-

ciendo : sponte quidem, sed citra cogitationē. Non ergo quidquid sponte facimus, eligimus, & de consilium capimus, sed quidquid eligimus voluntarium est, lib. 2. Moral. c. 18.

Vox ἡ φωή.

Φωὴ δ' ἐστὶ ζῴου φάρυγγος ψόφος σημαντικὸς μετὰ φαντασίας τινός.

Vox est sonus animalis ore expressus cum imaginatione aliquid significandi. 2. de An. c. 8.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE